


Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 B 16



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 B 16

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 B 16



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 B 16



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 B 16



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 B 16

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 B 16

~~Elzevir~~
KW ~~B. 173~~
224
B 16

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 B 16

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 B 16

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 B 16

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 B 16

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 B 16

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 B 16

ITINERARIVM BENJAMINIS,

Latine redditum

Operâ

CONST. L'EMPEREVR.



Lugd. Batavorum,
Ex Officinâ ELZEVIRIANA
cIↄ Iↄ cXXXIII.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 B 16

Koninklijke
Bibliotheek
te 's Hage.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 B 16

Nobiliſſimis & Ampliſſimis Viris,

Academiæ Lugduno-Batavæ Curatoribus

NICOLAO CROMHAVTIO,

Domino in Vryhoven, Curiæ Hollandiæ & Zelandiæ Præſidi,

Atque

ÆGIDIO DE GLARGES,

Domino *d'Eleſmes* & Reipublicæ Harlemenſis Syndico,

Gratia & pax à Deo Patre & Domino Ieſu Chriſto.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 B 16

Nobiliſſimi ac Ampliſſimi Viri,

NOn hi tantum de nobis bene meriti ſemper mihi viſi ſunt, qui à ſe inventa in lucem emittunt; ſed etiam qui aliorum lucubrationes lingua ignota conſcriptas noto & vulgari ſermone exprimunt: idque ob inſignē uſum, & utilitatem. Etenim cum hoc modo ignotæ iſtæ linguæ cum verſionibus

col-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 B 16

collatæ facili via ac ratione addiſcuntur; tum præterea ab aliis recte dicta & ſcripta, publici uſus & juris fiunt. Ideoq; eo plura interpreti deberi autumo, quo vel linguæ, unde tranſlatio facta in publicum profertur, ignotiores ſunt; vel res ipſæ longius à nobis remotæ, ut nonniſi è verſis hujuſmodi ſcriptis hauriri queant. Utrumque in libris Rabbinicis de-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 B 16

prehendimus: ubi ſermo à conſuetudine noſtra alienior omninò interprete opus habet ; & iſta ſæpius traduntur quæ alibi non facile ſit invenire. Ut quum itineraria ipſorum in notam linguam converſa omnibus ad legendum propinantur. Quapropter hæc Benjaminis itinera verſione nova Latinè reddere viſum fuit, ut quæ in Europa , Africa & Aſia

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 B 16

Aſia paſſim vidit, vel ſe vidiſſe perſuadere conatur, omnium manibus verſarētur: quæque longe lateq; magna cum moleſtia luſtravit, ſummo otio in muſæo quiſque intueri poſſet. Et quia hæc veſtra eſt indoles, ut quæque vel abſtruſiſſima perſpecta habere ſtudeatis; nō ingratum fore confido, ſi hoc itinerarium vobis, dum à ſeriis negotiis & Reipublicæ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 B 16

cura reſpirare (quod rariſſime fit) licet, legendũ exhibeam: omiſſis notis, ne veſtra negotia diutius morer, quas alteri editioni ſubjunxi, ubi Benjaminis varios & craſſiores errores demõſtravi. Sed iis non egetis, ut qui Judæorum fidem ſubleſtam non ignoretis. Iſtis autem cum Rabbinico contextu prætermiſſis, minuitur libri quantitas: nihilomi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 B 16

nus vobis Viris maximis inſcribitur. Etenim hujuſmodi libello imagines veſtras in frontiſpicio præmittendas cenſui, quem omnium manibus terendum noveram; ut quo à pluribus emeretur & legeretur (quemadmodum libris hac forma excuſis contingere ſolet) eo ſæpius veſtrum recordarentur: quos quicunque ſibi ad imitandum præpoſuerit,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 B 16

non facile à recto tramite aberrabit. Nam ut N. tuam primum compellem, Ampliſſime Præſes, quæ unquam in judice virtus à politicis obſervata fuit, quin in te ſumma deprehendatur? Cujuſmodi judex eſſe debeat Ex. 18. 21. diſtinctè docetur, ubi virtutes proponuntur, quas in A. tua ſuſpicimus. Strenuus judex eſſe debet, non ſolum ut nihil alio-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 B 16

rum metu vel gratiæ contra juſtitiã perpetret; ſed etiam ne propriis affectibus victus eodem abducatur. Illud quam ſtudioſe ſecteris, difficillimis tẽporibus probaſti omnibus; hoc verò omnes quotidie mirantur, dum nemo, nemo mortalium cognoſcitur, qui magis affectibus omnibus vacuus ſit, rariſſimo omnium ætatum exemplo in viro tanta di-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 B 16

gnitate & autoritate munito. Deinde præter Dei timorẽ (quem à majoribus acceptum oſtendiſti affatim, dum exilium nominis divini cauſa ſubire nõ detrectaſti) ſapientiſſimus Moſis ſocer veritatem & ſinceritatem requirebat: quas eo gradu obtines, ut nemini cedere debeas. Quando juſtitia vera magis viguit, quam iſtis jam annis plurimis, quibus Hol-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 B 16

Hollandiæ & Zelandiæ jus dixiſti? quid ab indole tua alienius, quã fucus & fraudes? Denique odio turpis lucri quis magis excellit? Ideoq; jure tanto virtutum exemplo frontiſpicium libri ornatum volui. Ubi tua etiam imago, N. Glargi, conſpiceretur, magnum Belgii decus: inter Hollandiæ Ordines aſſiduè conſidens, & venerabili tua ſenectute, eaq; longo

rerum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 B 16

rerum uſu & maturo ac ſagaci judicio munita, magna cura & ſollicitudine quid patriæ noſtræ conducat diſpiciens. Te patriæ patres venerantur: & meritò eum magni faciunt qui Dei & Eccleſiæ ac Reipublicæ cauſa ex alto præmia deſpicit, imò & vitam (qua nihil homini carius) contemnit. Quis ignorat, quam Heroico animo familia tua ab Hiſpano ſe ſub-
duxe-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 B 16

duxerit, & commu-
nem illorum tempo-
rum ſortem adierit, id
eſt, plenam ærumnis
& difficultatibus? id-
que ut in adverſis tuis
potius aliis bene eſſet,
quam in proſperis
malè. An ulla ſecuri-
tatis ſpes, vel etiam
certa poſſeſſio impe-
trare potuit, ut ſecus
ageres quam dictaret
animus? Deinde ſem-
per maſculum animũ
ſervaſti, quem à ma-
joribus acceptum illi-
batum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 B 16

batum voluiſti, ne antiquiſſimæ & præſtantiſſimæ ſtirpi ullam inureres maculam. Vos itaque, viri Ampliſſimi, hujus libelli lector primum intueatur, ut ſi minus ex ejus lectione utilitatis percipiat, eo majorem veſtrarum virtutũ contemplatione auferat. ipſe eo uberiorẽ percipiam fructum, quo majori & vere paterno me hactenus favore foviſtis: ut hic præ-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 B 16

ter virtutum exemplaria, veſtri amoris recordatione gaudere valeam. Ea ergo benignitate libellum accipite, qua ipſius autorem amplexi eſtis: qui eò collimat, ut quo magis ſe oſtendit iſta benignitas, eo ardentius ſit obſequium ſuum, & ſemper audire poſſit,

V. N. & A. cliens gratiſſimus

CONSTANTINVS L'E.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 B 16

DISSERTATIO AD LECTOREM.

BEnevole Lector, *cujus tibi opuſculum exhibeo eſt Benjamin: de quo hæc invenio in Iouchaſin ſive Chronico Abrahami Zacouthi, folio editionis Cracov.* 131. Rabbi Binjamin, qui multum peregrinatus eſt, obiit anno 933. *ſive à nato Chriſto* 1173. magnum illud luminare, cujus ſol toti Iſraëli exortus fuit. *Vnde colligere promptum eſt, non diu poſt ſuum ex itinere reditum ſupervixiſſe: ſiquidem eodem iſto anno rediiſſe legi-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 B 16

legitur; quemadmodum pagina ſecunda hujus ſequentis opuſculi teſtatur. Plenius de hoc viro in Tſemah David ſive Chronico Davidis Gans., partis prioris fol. 55. Doctor Benjamin filius Jonæ Tudelenſis, qui multum peregrinatus eſt, profectus è regione Navarrena continuo itinere peragravit omnes tres mũdi plagas, Europam, Africam, & Aſiam: & quocunque perveniſſet, omnia perſcribebat quæ vel viderat, vel ex fide dignis hominibus audiverat, eaque ſcripto conſignans commemorabat etiam non-

nullos

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 B 16

nullos magnates, & Judæorum in pleriſque locis numerum. Quemadmodum omnia iſta, quæ memoravi, eo libro invenies excuſa, cui titulus, liber itinerum Benjaminis. Cæterum vir iſte peritorum erat ſapientiſſimus & rerum intelligens. Poſtquam autem ex itinere reverſus eſſet, ann. 933. *ſive I. Chr.* 1173. mortem obiit. *Hic nulla operis plenioris mentio; ſed autor tantum excuſi itinerarii meminit, alterum illud opus, quod nonnulli extare putant, alto ſilentio præteriens: quod tamen non feciſſet, ſi Iudæi illud alicubi ex-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 B 16

bi extare vel unquam exſtitiſſe credidiſſent. Hujus excuſi itinerarii duæ ſunt editiones: una Conſtantinopolitana, quam mihi ſuppeditavit pro ſuo ſingulari in me affectu æternum Belgii decus magnus ille Heinſius; altera eſt Briſgoënſis, quam incomparabilis vir Iohannes Buxtorfius olim ad magnum Scaligerum tranſmiſerat. Liber rariſſimus, quem tamen Ebræorum magiſtris ſatis notum fuiſſe, docent cum præcedentium teſtimonia; tum aliorum: ejus enim inter alios mentionē etiam facit R. Iſaac filius

Aramæ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 B 16

Aramæ, commentariis in Gen. qui inter Iudæos fiunt plurimi. Ita enim fol. 92. Olim commemoravit Doctor Binjamin auctor itinerarii, ſe propriis oculis vidiſſe, in urbe Bagdad civitate maxima ac ampliſſima, Iſraëlitarum multa millia atque etiam dominatum ibi fuiſſe; quo verò die illorum regis natalitia aguntur, principem è proſapia Davidis apud illum in ſecundo ipſius curru vectari, & cum magna gloria coram acclamari, Parate viam filio Davidis. *Verum non dicit multa millia; ſed mille: nam pag. 123. hæc leguntur*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 B 16

guntur verba, Illic Bagdadi mille ferme Judæi degunt. *Nec dicit Benjamin, quo die Muhammedanorum Caliphæ natalitia aguntur, Iudæorum principem apud illum curru vehi, quaſi ipſi ſimilis eſſet; ſed quo die ipſum exulum caput creatur à Calipha, ipſum curru ſecundario domum deduci: quemadmodum p.* 131. *narratur. Deinde Benjamin p.* 128. *ipſi acclamari dicit cum Calipham ſalutatum it; non verò cum Caliphæ natalitia aguntur, quaſi tum de ipſo magis, quam Calipha in acclamatione ſua homi-*

nes iſtius regionis ſolliciti eſſent. Nec omnia iſta ſe vidiſſe teſtatur Benjamin; ſed multa narrat tantum: & cum libri præfatio, tum Davidis Gans teſtimonium ſupra productum ſatis ſuperque, multa quæ Benjamin narrat ab ipſo tantum audita fuiſſe, teſtantur. Verum ut fingit Benjamin, ita hujus figmenta auget Iſaac f. Aramæ: idque in eum finem ut nobis extorqueant è manibus telum, quo ipſos petimus è cap. 49. verſ. 10. Gen. Ideo Benjamin p. 123. & aliquot ſequentibus tam magnifica de Iſraëlitarum ſenatu mul-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 B 16

multiplici, gloria, dominio &c. enarrat, & poſtea de regno eorundem p. 179. aliiſque: quæ ſanè excogitavit & finxit; vel ſaltem è privilegiis quibuſdã, quibus precariò fruuntur, dominia, regna ac ſummam dignitatem confecit. An hoc in ſenſum communem cadit, Iudæos ac Iſraëlitas hic & in Germania paſſim ſub jugo ſervitutis, imo in latiſſimo Hiſpanorum regno ſub tyrannide, malle vitam agere, quam Bagdadum petere aliaque loca ubi eorum imperium nobis deſcribit Benjamin? An ſi tanta Iſraëlitarum illic

felicitas, eò ſaltem Orientales Iudæi non contenderent? Et ne quis excipiat, regnorum ſaltem in deſerto Chabor ſitum ipſos latere: ecce Abraham Peritſol ſui libelli Orchoth Olam c. 14. iter præmonſtravit, ubi non tantũ initio viam deſcribit, qua venerat Iudæus quidam ex illis regnis Chabor; ſed etiam viam membratim proponit, qua rediturus eſſet. Totam hiſt. ut Iud. figmenta magis innoteſcant, vertere non gravabor. Ipſo anno 283. ſexti millenarii rumorem Venetis navibus è terra decoris (ubi Iſraëlitæ) allatum audi-

audivimus, ſcripto Ebraïco: ubi continebatur, quî eò perveniſſet Judæus aliquis ex reliquis tribubus, nova narrans quæ in terra invenirentur. Quibus narrationibus non neceſſariò credebatur, donec poſtquã transfretaſſet anno 284. & Venetias appuliſſet, tandẽ Romam ſe contuliſſet: inde verum intelligentibus ipſius iter & conditio comprobata fuit. Nempe, hunc Judæum eſſe ex duarum illarum tribuum ſocietate, quantum ex ipſius verbis perciperetur. qui ſe è reliquiis illis teſtabatur, quæ in illis deſertis quemadmo-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 B 16

dum Recabitæ habitarent in tentoriis, ſtationemque ſuam eſſe in deſerto Chabor in Aſia majori: infra verò & ſupra ipſos, cæteros Iſraëlitas è decem tribubus habitare, propè deſerta quà ad Lamikam & Gidam ad mare Algoſum ſitas tenditur. Ipſis atque cæteris omnibus ſuos eſſe reges & principes, multoſque populos arenæ inſtar quæ ad littus maris eſt: proventum etiam aromatum ſapidorum, ut piperis, & odoratorum ſimplicium, omniumque deſiderabilium, quæ in manu ſua haberent; quemadmodũ amplius ſuo loco deſcri-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 B 16

deſcribemus. Verumenim-
verò, inter duas iſtorum
Judæorum ſocietates eſt
quædam Muhammedano-
rum gens valida & fortis,
quæ cum multis regibus
ſuis infeſtat ſocietatẽ iſto-
rum Judæorum, nec per-
mittit ut alteri ad alteros
tranſeant & accedãt. Nam
jam à multis diebus, imo
annis procul à ſe invicem
diſſiti, alii ad alios accede-
re tentarunt; nec tamẽ po-
tuerunt. Poſtquam autem
illic in iſtis regionibus jam
à multis diebus & annis in-
notuit Chriſtianarum na-
vium adventus, validarum
ac potentium; atque etiam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 B 16

ſenſerunt, audiverunt, & viderunt tormenta bellica, quæ eſſent in Chriſtianorum manibus ex metallo excavato, quo globos ignis virtute projicerēt, omniaque habitacula & munimenta demolirentur: decreverunt Judæi in deſerto Chabor, (ut ipſe narrabat) iſtum Judæum ad magnū omnium Chriſtianorum regem ablegare cum quibuſdam in manu ſua indiciis, quibus fidem impetrarent ejus verba. Quæ pro veris agnita & conſtabilita ſunt à rege Luſitaniæ, qui vehitur ad illas regiones Indicas, id eſt, Indianas,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 B 16

navali itinere mare ſulcans, & eſſe illic regnum Judæorum novit. Scripſit etiam ad Papam (cujus exaltetur majeſtas) hunc prædictum Judæum ejuſque verba fide digna eſſe. Nihilominus, quicquid ſit, ſive verba ejus fidem impetrent; ſive ſecus: nobis hodie in hoc exilio noſtro, noſtriſque regionibus ſufficit, quod à regibus & principibus interque multos in vicis Romanis verum habeatur, adhuc inveniri quamplurimas Iſraëlitarũ tribus, quibus multi ſint reges: cæterum de Judæo qui advenit, ſit quicquid ſit.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 B 16

Porrò quum verum ſit, inveniri Judæos cum regibus ſuis; narrare convenit, Judæum iſtum hac veniſſe via, atque hoc modo. E deſerto Chabor profectus, qua via tranſeunt cœtus commeantiũ (*Karuvvaen* vocant: nam ita ſolent, ita etiam perſcriptum, & de ipſo auditum ex ore ejus) per regionem Arabiæ felicis tranſiens ad mare Algoſum pervenit: indeque in Ægyptum delatus, poſtea in terram decoris ſive Canaan aſcendit. ubi naves Venetas præſtolatus, quibus in Italiam transfretaret, Romam appulit. Ibi

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 B 16

Romæ octo ferme menſes conſedit: donec reſponſum regis Luſitaniæ de veritate verborum iſtius, ejuſque conditione afferretur. Qui iſta referunt, itemque honorati Judæi cum ipſo colloquuti, verum eſſe aſſerunt, Judæum iſtum à Papa Gentium rege auxilium imploraſſe, quò ſibi darentur tormenta bellica ex metallo ad globos ejaculandum confecta; tum periti artifices, ut eos ſecum in Arabiam felicem deveheret; ad illorũ commemoratos hoſtes delendos: ſe viciſſim in manum Papæ ejuſq; excellentiam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 B 16

collaturum alia quædã utiliſſima in uſum Papæ (c.e. m.) modumque imperandi locis quibuſdã ubi cũ alia, tum aromata cum ſapida, tum odorata ſimplicia. Idq; ut iſti Judæi congregarentur & adunarẽtur, quò progreſſi tranſirent ad hæreditario jure acquirendum & ſubjugandum terram decoris ſive ſanctam: ſiquidem eſt æternum Iſraëlis hæredium. Hæc omnia oculi mei viderunt in libris fide dignis; aureſque meæ è viris honoratis ac veracibus audiverunt. Atq; Deus eſt veritas perfecta, qui non fallet vel mentietur;
nec

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 B 16

nec quicunque ad eum ſe recipiunt, erubeſcent: & veritas per ſe germinabit & ſibi viam parabit. Porrò hoc die menſis Marcheſvam ſive Octobri ann. 285. narrantes audivimus, quî Papa iſte Clemens rex Gentium præceperit, & aſſenſerit, ut illum dimitterent & magnificè proſequerētur nave magna, machinis bellicis onuſta ac artificibus cum Judæis tum Chriſtianis, verſus Luſitaniam: præterea de ipſo Judæo regi injunxerit, quò navem amplius pro voluntate ſua repleret: denique omnibus nationibus Chri-

Chriſtianis præceperit, ut dum illac tranſiret, ipſum honorarent, juvarent, ejuſque deſiderio in commemorata petitione ſatisfacerent. Verum iſta omnia uti erunt, ita exiſtent: viam tantũ deſcribere volo, qua magis ſecurè ſuo judicio iter inſtituere poterit, quam alia: ſi vera dicant qui referunt ſe eum deducturos in Luſitaniam. Inde ergo è Luſitania per mare Oceanicum deſcendens circumibit continentem illius Mauritaniæ quæ vulgo Fez nuncupatur, & in mari à dextris relinquet omnem tractũ inſularum fortu-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 B 16

fortunatarum, quæ hodie Spaniolæ dicuntur; deinde continentem Arſinarii, ſive *Cabo-verde* legens, circum Africæ continentem à ſiniſtra ſitam navigans verſus Orientem tendet, ad magnum illud promõtorium dictum *Cabo di bona ſperanſa*, ſive frontem Africæ; atque tandem ſinum quem Barbaricũ vocant circumvectus, quò fretum maris Algoſi aſſequatur, ibi in còntinentem deſcendet ut deſertũ Chabor inveniat, ſicuti fiet, ut ita ad locum ſuum perveniat. Quemadmodũ hos omnes novos tractus poſtea

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 B 16

exponemus. Quod Judæi formam & actiones concernit; quantum audivimus, ſtatura eſt brevi, macilentus, animoſus, in precibus aſſiduus, fuſcus, animam ſuam jejuniis affligens. Aliquando ſex dies continuos perduravit, quibus ſe interdiu noctuque afflixit: ut ſcriptores narrant. Propria ipſius lingua erat ferme lingua ſancta, qua ille veluti balbus non intelligebatur. Quandoque viri honorati Romam venientes illum domi ſuæ quærebant; ſed eos repellens non recipiebat. Mula Romæ vectus, ut nova

hujus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 B 16

hujus regionis perluſtraret, quum ſuâ mulâ in S. Petri Baſilicam ingreſſus eſſet ad magnum uſque altare, de mula deſcendere noluit: ſtipatus decem circiter Judæis qui ipſum præcederent & amplius ducentis Chriſtianis. Jova de Iſraële bona præcipiat. *Sed Peritſol iſte audita tantum narrat; Iudæum illum non viderat vel cum ipſo locutus erat: quod teſtantur verba ſub capitis iſtius finem*, Forma iſtius Judæi ejuſq; opera, quantum audivimus, *&c. Sane Iudæis familiare eſt, ut multa fingant: quemadmodum*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 B 16

modum vel unum hoc Rab. Iachjadæ ad v. 8. c. 8. Danielis oſtendit, ubi Alexandrum magnū Romulo Romam quartam ſui imperii partem aſſignaſſe, & Herodi Ptolemaidis imperium dediſſe, refertur: ſed de his aliàs, Deo favente, plura adjiciam. Noſter etiam ubi ad remota iſta loca pervenit, ibi demum diſertus eſſe incipit, eaque narrat quæ nunquam idoneis teſtibus probabit. Cujuſmodi eſt & illud quod de hominibus ſacco ſe includentibus vel potius boum pellibus, narratur p. 197. ubi tempeſtate jactati, ſe pellibus inſutos

in mare præcipitare, deinde ab aquilis in terram exportari, atque tandem cultris liberatores adorti, iis interfectis domum redire feruntur.

Sed præcipua eloquentia in deſcribendo Iudæorum dominio: quod ignorant quicunque Orientem poſtea luſtrarunt. Affirmant Iudæos in Oriente jus gladii non habere; nec hujuſmodi ſynedria habere, nedum regna, quæ indigitat Benjamin, ſed ab iis (ſi qui hoc privilegio gaudeant ut controverſias quaſdam inter ſuos dijudicent) ad Muham. provocationem dari.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 B 16

Nobiliſſimus vir David de VVillem cognatus meus (ob longam multarum rerum experientiam Illuſtriſſimo Arauſionum Principi à conſiliis) in Oriente per annos duodecim verſatus, cũ in omnia inquiſiviſſet, nihil ſimile invenire potuit. Quin ne ipſe quidem Iacobus Golius (lumen Academiæ noſtræ,) qui ad Orientalium rerum notitiam ſibi comparandam in Orientem profectus conditionem & ſtatum iſtarum gentium perluſtravit, nec in Orientalium libris, nec familiari colloquio, nec regiones peragrando ficta iſta domi-

nia

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 B 16

nia ac regna deprehendere potuit. Atque ut Iudæos ſuo jugulem gladio, quid D. Kimchi tantus ipſorũ Doctor? ad Hoſ. 3.4. ubi Deus dixerat, dies multos manebunt filii Iſraëlis abſque Rege & abſque Principe, *ipſe addit*, Hi ſunt dies exilii in quo hodie ſumus, nec Regem nec Principem ex Iſraële habemus; ſed in poteſtate gentilium ſumus, & in poteſtate regum ipſorum & principum ipſorũ. *Quid Abrabaniel de quo tantopere gloriantur? hic ad Eſa. 53. 8. in priori expoſitione hæc ſcribit*, Præterea meminit tertii gene-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 B 16

ris malorum exilii, nempe quod penes Iſraëlitas non ſit regnum, nec dominium, nec ſceptrum judiciale: *ubi plura in eandem ſententiam ſequuntur, atque inter alia ſynedrium habere negat; cum Benjamin vel decem ipſis in una civitate Bagdad aſſignet. Celeberrimus inter Iudæos Maimonides comm. ad ſect. 1. cap. 8. codic.* Baba Kama *ſimiliter loquitur*, Eſt è præcipuis fundamentis legis noſtræ, non exigi pœnam vulnerum in Babylonia; idemque jus in omnibus reliquis terris, Iſraëlitica excepta, ſervandum.

Codice Berach. f. 58. p. 1. circa medium, Ab eo tempore quo è terra noſtra migravimus, non habemus occidendi poteſtatē. *Claudam teſtimonio Chaldæi paraphraſtæ, qui hoc modo enarrat Hoſ. 3. 4.* Multos dies permanebunt Iſraëlitæ abſque rege è familia Davidis, nec erit qui dominium exerceat in Iſraëlitas. *Hæc omnia ideo profero, ut omnibus liqueat, quam noſter Benjamin cũ ſequace ſuo Iſaaco nobis Chriſtianis imponere conetur, quamque ſuos ac domeſticos doctores eoſque primarios adverſarios habeat.*

Alibi

Alibi quum 53. Eſ. caput exponendum eſt, quam ſeſe deprimunt iſti mortales, ut totum iſtud caput ad ſe trahant! ubi verò com. 10. cap. 49. Geneſ. enarrandum, quam ſeſe efferunt! Tempore Meſſiæ demum ſceptrum ac gloriam expectant; attamen ſceptrum & gloriam in comment. ad Geneſ. 49. caput, aliiſque eorundem ſcriptis, præcedere videas. αἶξ οὔπω τέτοκεν, ἔριφος δ' ἐπὶ δώμασι παίζει. Hanc abſurditatem qui ſequantur, invenit cum aliis Benjamin: adeo ut in mappis quibuſdam geographicis, Iſraëlitis procul in

Oriente certus hujuſmodi locus aſſignetur. Verumenimverò de his jam plura dicere ſuperſedeo: in notis ad Benjaminem in 8. editum nonnulla adjicio. E dictis liquet cum judicio legendum hoc itinerarium, nec auctori in omnibus habendam fidem, præſertim ubi ſuorum conditionem ac ſtatum extollit: plurima tamen notatu digna paſſim occurrunt; ut quæ de locorum diſtantiis aliiſque annotat. Quamvis nec hic exactiſſimam ἀκρίβειαν perpetuò agnoſcam: licet non diffitear, quin ſcribarum culpa ac incuria numeri

forte

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 B 16

forte locis quibuſdam corrupti fuerint, vel locorum nomina permutata, ſi quãdo literis quibuſdam convenirent. Præcipuam operam ſumſiſſe videtur in numerandis Iudæis, qui ſingulis regionibus & oppidis reperirẽtur; quum præſtitiſſet in ea inquirere, quorum cognitio lectorem magis juviſſet, quam numerum Iudæorum cognoſcere qui paſſim deprehenderentur. Vnde liquet ad ſuam gentem ſemper colli-maſſe, ut vel numero, vel ficto aliquo dominio Iſraëlitas commendaret: utpote qui vel juſto aliquo nume-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 B 16

ro ubique terrarum degerent; vel etiam rempublicam aut regnum adhuc obtinerent. Verumenimverò antequam ad ipſum itinerarium, Lector, te dimittam, quandoquidem noſter in ſpatiorum dimenſionibus frequenter milliaria, paraſangas & diurna itinera ſive σταθμοὺς adhibet, de iis quædam prælibanda: quò mens ac ſententia Benjaminis conſtare queat. Paraſangas continere apud Ebræos milliaria quatuor, notarum initio, id eſt, ad p. Benjam. 4. edit. in 8. ex ipſorum libris obſervatum fuit; ſimiliterque millia-

re bis mille cubitis ab iiſdem definiri. Quo calculo paraſangæ ſpatium fuerit 8000. cubitorum: ſiquidem quatuor milliaria cōtineat. Attamen in Geographia Nubienſi, non procul ab initio, ſecus auctor graviſſimus ſentire videtur, dum ait Paraſanga eſt duodecim millium cubitorū, cubitus viginti quatuor digitorum. *Si Arab. paraſanga 12000 cubitos complectitur, ergo Iudaicam quatuor millibus ſuperat. Deinde paraſanga eſt quatuor milliarium; itaque ſi 12000 cubitos continet, milliare unum e-*

rit

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 B 16

rit cubitorum 3000: at alibi in notis meis ex Ebræorum ſententia milliare duobus cubitorum millibus definiri probatur. Licet hæc prima fronte admodum & quam longiſſime inter ſe diſtare videantur; cubitis tamen accuratius expenſis ſecus apparebit. Tria eſſe cubitorum genera ſatis liquet, è c. 17. codicis כלים*: proprie dictus tamen cubitus eſt palmorum ſex, ſive ut auctor Nubienſis loquitur, vigintiquatuor digitorum. Verum quum Ebræi milliare bis mille cubitis circumſcribunt, cubitos maximos intelligunt,*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 B 16

qui quadraginta digitis cõ-ſtant. Vt varia Talmudi-corum & poſteriorum Rab-binorum teſtimonia lin-quam, collatio 2 Chron. 3. 15. cum 1 Reg. 7. 15. ſatis ſuperque evincit, fuiſſe cu-bitum cubito, duplo majo-rem: idcirco cum nullibi cubitum deprehendamus, qui hujuſmodi exceſſu cu-bitum ſex palmorum ſupe-ret, reſtat ut cubitũ quin-que palmorum ita ſuperari dicamus, id eſt, cubitum quendam dari qui decem palmos complectatur, ſive digitos quadraginta. Qua ratione uterque locus jam è Sacris citatus conciliari

com-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 B 16

commodiſſime poteſt, ſi modo in priori loco, ſive 2 Chro. 3.15. ſtylobatæ unum cubitum tribuas. Itaque cũ maximus cubitus pluſquam dimidio major ſit cubito Geographiæ Arabicæ, quum Rabbini milliare bis mille cubitis circumſcribunt, & ex illa Geographia milliare ad tria cubitorum millia extenditur, non tanta eſt differentia quæ lectorẽ turbare queat. Etenim licet ex iſta comparatione milliare Rabbinicum jam etiam majus appareat, id conſiderandum, Benjaminem noſtrum tam anxie & ſcru-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 B 16

puloſè ſpatia non dimetiri: quemadmodum ex eo liquet, quod ſegmenta paſſim omittat, quaſi integris ferme paraſangarii & milliarium numeris loca diſtarent. Præterea minime negligendum quod Maimonides cod. de precibus c. 15. ſect. 4. obſervavit, Digitus quo in tota ac univerſa lege metiuntur eſt magnus digitus, qui vocatur pollex manus. *Quandoquidem autem tres pollices quatuor digitos conficiunt; pollice digitus tertia ſui parte minor eſt: & hiſce convenienter, ſi Iudæi cum lege hac in parte loquantur,*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 B 16

tur, ſpatia illa milliarium quodammodo conciliari poterunt. Siquidem convenienter quantitati digitorum Ebraicorum è quibus palmi, & è palmis cubiti; tria millia cubitorum Iudaicorũ conficiunt in Geographia Arab. millia quatuor. adeo ut nec inter duo millia cubitorum Iudaicorum & tria Arabicorum tam ingens ſit intervallũ, quam primo videbatur. Quod enim ad digitos Geographi Nubienſis attinet, ne quis majores ſolito exiſtimet, ibi prohibet, dum loco producto ipſe addit, Digitus ſex granorũ hordei.

Ex iis quæ hactenus obſervavimus etiam conſtat, milliare Italicū mille paſſuum non admodum ab Ebræorum מיל, palmorum numero differre. Milliare, in ſe vicies mille palmos complectitur: at cubiti bis mille (ſi maximos accipias) parem numerū exhibent; ſiquidem ſinguli ſunt digitorum quadraginta, id eſt, palmorum decem. Quod ſi poſteriori conciliationi adhæreas, & Ebræorum cubita ob pollicum quantitatem extendas, differentia inter milliare mille paſſuū & מיל Rabbinicum major erit: utpote quum מיל ea ratio-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 B 16

ratione ſedecim tantum palmorum millia exhibeat. Sed paraſangæ Arab. pars quarta (id eſt, milliare, nam paraſanga continet milliaria quatuor) propius ad milliare Italicum accedit, ut quæ octodecim palmorum millia complectatur. Verum de his ſatis ad eam paraſangæ & milliaris notitiam, quæ in Benjaminis itinerarii diſtantiis intelligendis requiritur: ad diurna itinera pergamus. Biduo vel triduo vel pluribus diebus ſe huc vel illuc acceſſiſſe ſcribit; quandoque etiam uno vel dimidiato die: eapropter quan-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 B 16

tum ſpatium definiatur, omninò inquirendum venit. Atque non ſolum noſtro auctori hoc in more poſitum; ſed aliis etiam, ut civitatum aliorumque locorum diſtantias diurnis itineribus explicent: quemadmodum hoc modo apud Græcos σταθμὸν uſurpari videas, παρὰ τὴν στάσιν à ſtatione dictum. quia poſt tantum itineris emenſum eo die non progrediebantur, ſed ſubſiſtebant, corpuſque quieti mandabant, ſive privati iter facerent; ſive exercitus locum moveret. Vnde Heſychio σταθμὸς inter alia eſt, manſio caſtrenſis.

Hujus

Ad Lectorem.

Hujus ſpatii dimenſionem expreſſam apud veteres me legiſſe non memini: & ſanè non omnes æquale itineris ſpatium eodem die emetiebantur. Qui mari iter faciunt longe celerius ſæpiſſime provehuntur, quam quiſquam vel ullis dromadibus aſſequi valeat. Multum etiam intereſt, num quis pedes incedat, an verò curru vel equo vehatur. Quis adhæc Alexandri M. in expeditionibus quibuſdam militaribus celeritatem ac pernicitatem non obſtupeſcat? Exempli gratia in Ariis, qui rebellabant, opprimendis tanta cele-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 B 16

celeritate uſus fuit, ut Arriano teſte, duobus diebus ſive duobus σταθμοῖς ſexcenta ſtadia cõfecerit. Quis tamen hinc cuique σταθμῷ trecenta aſſignabit ſtadia? Nec etiam ſalebroſa & aſpera ac prærupta loca pari facilitate cum planis tranſiri ſolent. Quapropter ne hac in parte longiſſime aberremus, id primò expendere convenit, quantũ via ut plurimum & communiſſime, non mari, ſed in continenti per loca commoda homines uno die emetiri ſoleant: nam maritima itinera quod concernit, pluſquã 100 mill. ſæpiſſime abſol-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 B 16

ſolvunt nautæ. Ideoq; meritò doctiſſimi Maronitæ in præfatione Geographiæ Nubienſis, ex ipſo autore ſtationem & curſum diſtinguunt. Curſus, qui curſum navis diurnum, ſeu navigationem diei, hoc eſt, ſpatium centum millium paſſuum explet; *ſtatio autem eſt qua diverſi terreſtrem viam metiri ſolent. Secundò ut in ſtatione certi quid nobis conſtare poſſit, menſuram hanc cum aliis comparatam quærere convenit: ſit enim nonnunquam ut duplicis menſuræ ſimul mentionem faciant hiſtorici. Inſignis in hac mate-*

ria

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 B 16

ria locus apud Xenophontem extat libro 2. *de expedit. Cyri pag. edit. Baſil.* 217. Summa autem viæ, qua Epheſo Joniæ oppido venerunt, uſque ad pugnam, complectitur ſtationes tres & nonaginta, paraſangas quingentas triginta quinque, ſtadia ſedecim millia & quinquaginta. *Hic perſpicuè quid* σταθμὸς *ſit, ex adjunctis paraſangis & ſtadiis addiſcimus: ubi* 93. ſtationes, *ſunt paraſangæ* 535. *& ſtadia* 16050. *Vnde ſi paraſangas* 535. *per* 93. *ſtationes dividas, ſingulis ſtationibus quinq; paraſangas & paulo*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 B 16

lo plus attribues: ſimiliter ſi 16050. ſtadia per 535. paraſangas dividas, unicuiq; paraſangæ triginta relinques ſtadia. Iã ſi paraſanga eſt ſtadiorum triginta, & ſtatio quinque paraſangas continet, ſtatio *centum & quinquaginta ſtadia complectitur. Cum hoc calculo convenit Herodotus in Terpſichore, ubi quum de itinere per Ciliciam loquitur p. 193. edit. H. S. hæc habet verba*, Tres ſunt ſtationes, paraſangæ autem quindecim & dimidia. *ubi iterum vides lector, quî ſingulis ſtationibus quinq; & amplius paraſangæ aſcri-*

ſcribantur. Herodotus tamen eodem loco, cum de Armenia loquitur, ſecus ſentire videtur, ubi inquit, Stationes quidem ſunt diverſoriorum quindecim, paraſangæ autem quinquaginta ſex cum dimidia. *Hic ſi diviſio inſtituatur, ſingulis ſtationibus vix quatuor paraſangas attribui deprehendetur, ſi in numeris exprimendis error admiſſus non ſit. Eadem pagina ſubjungit Herodotus,* In regionem Ciſſiam tranſeunti (*ſcilicet è Mantiena*) ſunt undecim ſtationes, paraſangæ verò quadraginta duæ & dimidiata ad flu-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 B 16

fluvium Choaſpen. *ubi iterum ferme quatuor paraſangæ ſingulis ſtationibus aſcribuntur. At ubi Herodotus ſummam totam colligit, puta itineris longinqui quod membratim deſcripſerat, ita concludit,* Omnes hæ ſtationes ſunt centum & undecim .... quum ſint paraſangæ quadringentæ quinquaginta. *ubi paraſangarũ quatuor eſt ſtatio, & tanto major, quam ſenarius numerus in centum & undecim diviſus. Communiorem ſtationem è dictis haurire promptum eſt, quum Xenophon & Herodotus in eo conveniant,*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 B 16

niant, ut ſingulis ſtathmis quinq; aſſignent paraſangas. Sed è poſterioribus Herodoti teſtimoniis liquet, fuiſſe & minores ſtationes, quæ ſolũmodo quatuor paraſangas circiter complectêrentur. quemadmodum etiam in aliis Perſarũ menſuris diverſitatem obſervavit Plin. l. 6. c. 26. Plerunq; tamẽ ſtationes quinque erant paraſangarum, ſive ſtadiorum centũ quinquaginta. Vnde etiam Herodotus eodem loco, de eadẽ via diſſerens, diurnum iter eò uſque extendit: Centum & quinquaginta ſtadia ſingulis diebus peragrantibus

con-

conſumuntur ſolidi nonaginta dies. *Quaſi dicat, ſi quis ordinarias ſtationes* 150 *ſtadiorũ obſervet, nonaginta diebus iter abſolvet. Similiter Ebræi unius diei iter ad centũ & quinquaginta ſtadia extẽdunt: ſicuti S. Iarchi ad Eſ.* 24. 16. Deprehenditur Hieroſolyma à Jardene diſtare unius diei itinere; *at diſtabat ad minimum* 150.*ſtad. Quia tamen iſtæ ſtationes magis propriè diverſandi locum (uti etymon docet) & viæ terminum ſpectabant, prætereaque diverſoria & pernoctandi loca ob viarum iniquitatem vel minorem*
com-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 B 16

commoditatem æqualibus intervallis ſemper diſtare non poterant; hinc factum, ut apud Herodotum etiam, qui 150. ſtadia ſtationibus aſſignaverat, poſtea in omnibus itineribus hic numerus non deprehendatur; ſed ad 120. circiter minuatur: cum certa quadam de cauſa juſtum diei iter abſolvi nequit, puta ob viæ incommoditatem vel ulterioris diverſorii longinquitatem, aliave ſimilia. Deniq; cum octo ſtadia milliare exhibeant, centũ quinquaginta ſtadia novemdecim circiter milliaria ſuppeditabũt. Licet eruditiſſimi Maroni-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 B 16

ta viginti quinque millia-
ribus diurnum iter definire
maluerint. An verò Benjamin menſuras accuratè
obſervaverit, cum diebus
ſua itinera definivit, meritò dubitari poteſt: nam ſi
hoc ipſi propoſitum fuiſſet,
ut ἀκριβῶς ſtationibus locorum diſtantias dimetiretur, minora diei ſegmenta
non prætermiſiſſet. Vbi quis
accuratè locorum diſtantias examinabit, meritò
nonnulla deſiderabit: adeò
ut pene exiſtimem, eum
non tam ad uſitatas σταθμῶν
menſuras, quam ad itineris ſui tempus reſpexiſſe: ut
licet ad eundem locum uſitatè

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 B 16

tatè vel celerius vel tardius perveniretur, ipſe tantum id ſpectaverit, quot diebus ſuum iter perfeciſſet; quamvis fortè quieviſſet horas aliquot, vel ultra cõſuetudinem in multam noctẽ iter produxiſſet. Vt p. 7. quum biduò Batiras Monte-Peſſulano diſtare ſcriberet, ordinarias ſtationes nõ deſignavit: nam teſte Nubienſi Geographo ipſa Narbona vix biduo à Monte-Peſſulano ſive Monpeſlier aberat, A Narbona ad urbem Monpeſlier triginta octo milliaria. *atqui Batiræ ſunt propiores. Ita p. 13. quum ſe Arelato Maſſiliam*

tri-

triduo deveniſſe ſcriberet, ſi terreſtre iter deſignavit, ordinarias ſtationes intelligere non potuit: quia Maſſilia Arelato propior eſt. Nam Burgus-Ægidii tantum uno die & paulo remotiùs à Maſſilia diſtat; ut docet Nubienſis *Geogr.* A Sancto Ægidio ad Maſſiliam ad mare ſitã viginti quinque milliaria: *at Arelatum minus à Maſſilia diſtat. ſin maritimum iter ſpectavit, ibi longius à recepta ratione deflexit: modo ea accipiamus quæ ſupra de maritimi itineris menſura produxi. Sed dicam quod maximę veriſimile hic videtur:*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 B 16

tur: Benjaminem primum ſecundo Rodani flumine in mare deſcendiſſe; deinceps vero legendo littus tertio die Maſſiliam appuliſſe. Atque hoc modo plurima excuſari poterunt: nec etiam phraſis, qua aliquando utitur, aliud efflagitat. Atque hæc ſunt, quæ ut προπαρασκευαστικὰ præmittenda cenſui. Vale.

Dab. Lugd. Bat. 16. Kal. Apr. an. 1633. part. ſal.

Tui ſtudioſus

CONSTANT. L'EMPEREVR ab OPPYCK.

PRÆ-

PRÆFATIO.

Hic liber compoſitus fuit è narrationibus viri cujusdam Navarreni, cui nomen doctor Binjamin, filii Ionæ Tudelenſis (juſtus cum laude memoretur) Hic continuis peregrinationibus plurimas remotiſſimaſq; regiones peragravit; ſicuti verbis ipſius ſequentibus exponetur. Et

A quo-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 B 16

quocunque locorum perveniret, deſcribebat quodcunque vel videret, vel audiret è viris fide dignis, quorum fama ad ipſas perveniſſet Hiſpanias. Similiter multorum magnatum principumq; meminit, qui diverſis locis degebant. Reverſus autem hæc omnia ſecum in Caſtiliam detulit anno 933. id eſt, anno Servatoris 1173.

Cæterum hic jam memoratus doctor Binjamin perſpicax fuit ac rerum in-

intelligens, legumq; ſacrarum peritus. Quacunque etiam in re eundem exactè explorarant, quò poſt ipſum rem inveſtigarent, in ejus ore verba compoſita veraque fuiſſe deprehenderunt: fuit enim veritatis ſectator.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 B 16

ITINERA
Doctoris Binjaminis, f. m.

ITa infit Binjamin filius Jonæ fauſtæ memoriæ. Initio egreſſus Cæſar-Auguſtâ ſecundo Iberi flumine Tortoſam appuli: unde bidui itinere Tarracona petii, urbem antiquam, quæ remanſit ex antiquis Gigantum & Gręcorum ædificiis; nec æqualis ſtructura in totis reperitur Hiſpaniis: marique adjacet. Hinc iterùm bidui itinere Barcelonam appu-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 B 16

li: ubi ſacer cœtus virique ſapientes ac prudẽtes quin-etiam eximii præſides, puta, Rabbi Seſath, Rabbi Schealthiel, denique Rab. Schelomo filius R. Abrahami f. R. Hhaſdai fauſtę memoriæ. Oppidum eſt parvum, attamen elegans, & in maris littore ſitum. Quò negotiationis ergò mercatores ex omnibus locis cõfluunt: è Græcia, Piſis, Genua, Sicilia, Alexandria Ægypti, terra Iſraëlis confiniiſque ejus omnibus. Dehinc ſeſquidiei itinere Gerundam profectus fui: ubi exiguus Judæorum cœtus. Poſtea trium dierum ſpa-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 B 16

tio Narbonam: quæ civitas legis eſt antiſtes, indeq; lex ad quasvis regiones promanat. habet enim doctores inſignes, eoſque principes; inter quos primarius R. Kalonimus filius magni principis Rabbi Theodori beatæ memoriæ, qui à proſapiâ Davidis in genealogia ſua denominatur, cuiq; ſunt poſſeſſiones ac prædia, quę à dominis iſtius regionis accepta ipſi nemo vi eripere poteſt. Inter primarios etiam eſt R. Abrahã ipſius conſeſſus caput, nec non R. Machir & R. Jehuda, aliique his ſimiles multi, omnes ſapientię ſtudioſi. At-

que

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 B 16

que iſtic hoc tempore tre-
centi fermè Judæi degunt.
Hinc ad oppidum Bætiras
ſunt paraſangæ quatuor.
Ibi cœtus eſt ſtudioſorum
ſapientiæ:inter quos excel-
lit R. Selomo Halaphta &
R. Joſeph f. Rab. Natha-
naëlis piæ memoriæ.Iſtinc
digreſſus biduo perveni ad
Montem Peſſulanum qui
vocatur *Montpeſlier*. Locus
eſt negotiationi accom-
modus, duabuſque para-
ſangis abeſt à mari: quò ex
omni loco ad mercaturam
confluunt Chriſtianorum
& Muhammedanorũ plu-
rimi, è regionibus Algar-
biæ, Lombardiæ, & regno

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 B 16

magnæ illius Romæ, univerſo regno Ægyptio, terrâ Iſraëlitica, & Græcia, Gallia, Hiſpania, & Anglia: adeoque ex omnium linguarum populis ibidem reperiuntur una cum Genuenſibus & Piſanis. Ibidẽ ſunt celeberrimi hujus ſeculi ſapientum diſcipuli: atque inter eos primarii R. Reüben f. Theodori & R. Nathan f. R. Zacharjæ, R. etiam Samuel omnium Magiſter, deniq; R. Schelemja cum R. Mardochæo felicis memoriæ. Inter eos reperiuntur homines ditiſſimi, ideoque in egenos benefici, tutelam iis præ-
ſtantes

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 B 16

ſtantes qui ad eorum potentiam confugiunt. Diſtat hinc quatuor paraſangis Lunel: ubi ſanctus erat cœtus Iſraëlitarum qui dies noctesque legi operam dabant. Ibidem olim doctor noſter Meſchulam magnus ille magiſter fauſtæ memoriæ; cujus in eodem loco quinque filii ſapientiſſimi & divites, R. Joſeph, R. Iſaac, R. Jacob, R. Aaron, & R. Aſcher verè devotus ille, qui ſeparatus à negotiis mundanis libro legis inhæret interdiu noctuque, atque ſe ipſum affligens carne non veſcitur, Talmudicæ doctrinæ peri-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 B 16

tiſſimus. Præterea magnus ille R. Moſes Giſſo, & R. Samuel prælector, denique R. Selemo ſacerdos cum R. Juda medico filio Tibbonis Hiſpani. Quicunque autem eò è regionibus longinquis ad diſcendam legem veniunt, hos alunt eoſdemque docent: etenim ibi alimenta ac veſtimenta è publico ſuppeditant quamdiu in ſchola verſantur. Sanè ſunt viri ſapientes ac ſancti, pręceptorumque cultores: qui quibuſvis fratribus ſive propinquis ſive remotis opem ferunt. Locus iſte continet cœtum Judæorum circiter

citer

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 B 16

citer trecentorum (quos
conſervet, opto, eorũ rupes
& redemtor) diſtatq; à ma-
ri duabus paraſangis. Inde
duæ paraſangæ ad *Beau-
caire* civitatem ampliſſi-
mam: in quâ Judæi fermè
quadraginta, celebriſque
academia eximio Profeſ-
ſore doctore Abrahamo f.
Rab. Davidis f. m. hic fa-
ctis erat celebris & ſapien-
tiâ excellebat, cum in Tal-
mudicis, tum in Scriptura.
adeo ut legis addiſcendæ
cauſa ipſum adirent è lon-
ginquis etiam regionibus.
atque in ſuis ædibus otium
ac quietẽ nactos inſtitue-
bat; quin etiam ſi cui ſum-
ptus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 B 16

ptus non ſuppeterent, ipſe de ſuo ex facultatibus ſuis quibuſcunque opus eſſet erogabat, utpote ditiſſimus. Ibidem ſapientes alii, Rab. Joſeph f. Rab. Menahem, R. Benbenſchath, R. Binjamin, R. Abraham, denique Iiſaac f. R. Moſis f. m. Hinc tribus paraſangis abeſt oppidum Nogres, quod dicitur Burgus Ægidii: ubi cœtus Judaïcus centum circiter ſapientum, quorum primarii R. Iſaac f. R. Jacobi, R. Abraham f. R. Judæ, Rab. Eliezer, R. Iſaac, R. Moſes, & R. Jacob f. magni doctoris Levi p. m. Locus hic ab ultimis uſq; terri

fre-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 B 16

frequentatur variis gentibus ac inſularibus, nec à mari ultra tria milliaria diſtat, in ipſa ripa magni fluminis Rodani, quod totam provinciam alluit: ibi degit Princeps, R. Abba-Mari f. R. Iſaaci l.m. præfectus gubernatoris Damani. Vlterius tres paraſangæ ad civitatem Arelatũ: ubi ducenti Iſraëlitæ, quorum primarii R. Moſes, R. Tobias, R. Jeſaias, & R. Salamon, magnus R. Nathan, denique R. Abba-Mari f. m.

Tandem tridui itinere Maſſiliam deveni. Quæ civitas multos illuſtriſſimos & ſapientes habet, adeo ut duo

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 B 16

duo ſint collegia trecentorum fermè Judæorũ: quorum unum maris littori inferius imminet; alterum verò ſimiliter mari adjacet, ſed in turri quadam loco ſuperiori, venerandum exhibens conſeſſum, ſapientiæ inquam ſtudioſos, R. Simeonem f. R. Antolii, fratremq; Rabbi Jacobum & R. Lebarum, qui ſuperiori collegio præfecti ſunt. In collegio autem inferiori eminent Rab. Jacob Phirphienus ditiſſimus, R. Abraham ejuſque gener R. Meïr, R. Iſaac & alter ille Meïr laudatæ memoriæ. Hæc civitas maritima celeber-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 B 16

leberrima eſt commerciis. Hinc conſcenſa nave Genuam tendere conſuevere, urbem in littore ſitam, quò poſt quatriduum appellere queunt. Duo hic fratres Judæi, R. Samuel f. Celami ejuſq; frater, Sebathenſes, viri boni. Vrbs muro cincta nulli regi paret; ſed ſenatoribus, quos ſibi cives arbitriò ſuo præficiunt. Singuli in ædibus ſuis turrim habent: unde exorto diſſidio ſeſe invicem oppugnant in turrium faſtigio. Dominium maris obtinēt: in quo confectis actuariis navibus, quas galeras dicunt, huc illuc excurrunt prædatum ac

ſpo-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 B 16

ſpoliatum prædas ac ſpolia, quæ Genuam devehunt. Bellũ gerunt cum Piſanis, unde bidui itinere diſtant. Eſt autem hæc civitas maxima decies mille turribus inſtructa: quibus in ædibus exſtructis orto diſſidio ad mutua bella utuntur. Cives ſunt viri fortes: ideoq; nec regi nec principi parent; ſed ſenatoribus quos ſibi præficiunt. Reperiuntur etiam viginti circiter Judæi: quorum primarii R. Moſes, R. Hajim & R. Joſeph l. m. Cæterum civitas nullo cincta muro à mari quatuor diſtat milliaribus: quò tamen ducunt ac reducunt

naves

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 B 16

naves fluvio quodam, qui ipſam civitatem influit. Succedit poſt quatuor paraſangas Luca (ubi quadraginta ferme Judæi.) Civitas magna: ubi Judæorum primarii R. David, R. Samuel & R. Jacob. Hinc ſex dierum itinere abeſt urbs illa maxima Roma, caput regni Edomæorũ. Hic ducenti ferme Judæi, viri honorati, nemini tributum pendentes: inter quos ſuos habet miniſtros Papa Alexander; qui maximus eſt princeps, totius Edomæorum religionis præfectus. Ibidem inveniuntur viri ſapientiſſimi: quorũ primarius

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 B 16

rius magnus R. Daniel, & R. Jehiel Papæ miniſter, juvenis formoſus, prudens ac ſapiens, qui in aula Papæ converſatur, utpote aulæ omniumque ipſius facultatum adminiſtrator. Nepos eſt R. Nathanis qui librum Aruch compoſuit unà cum commẽtariis. Inter primarios etiam R. Ioab f. magni R. Salomonis, R. Menahem ipſius academiæ caput, R. Jehiel trans Tiberim habitans, & R. Binjamin f. R. Schabtæi l.m. Cæterum Roma duabus conſtat partibus: quas ita Tiberis flumen interfluit, ut urbis pars una ab hoc, altera

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 B 16

ra ab altero latere conſpiciatur. In priori parte eſt templum maximum quod S. Petri Romanũ vocatur: ubi etiam palatium magni Julii Cæſaris cum multis ædificiis operibuſq; longe diverſis à cæteris omnibus quæ toto exſtant orbe. Atq; hæc urbs quà habitata, quà devaſtata viginti quatuor patet milliaria: continens palatia 80 regũ octoginta, qui ſui juris periti vocantur omnes Imperatores: inde à Tarquinii regno ad regnum uſque Pipini patris Caroli, qui omnium primus Hiſpanias Iiſmaëlitis eripiens ſibi ſubjugavit. Ibi
extra

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 B 16

extra Romam eſt palatium Titi: quem trecenti ſenatores ſuſcipere ideò detrectarunt, quod ipſorũ mandato non paruiſſet: utpote qui elapſo demum triennio Hieroſolyma cepiſſet, cum biennium præſcriptũ fuiſſet. Prҿterea inſtar templi conſpicitur palatium regis Veſpaſiani, ſtructura maxima ac firmiſſima. Adhæc palatium regis, regis inquam Galbini: in cujus palatio trecentæ & ſexaginta aulæ, quæ dierum anni numerum æquant; ut earum ambitus ad tria milliaria extendatur. Quum autem inter ſe quondam bel-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 B 16

lum gererent, in iſto palatio ultra centũ millia Edomæorum ceciderunt: quorum oſſa ibi ad hodiernum uſque diem ſuſpenſa. Rex etiam ſculptura totum bellum in omnibus lateribus expreſſit, acie aciei oppoſita, hominibuſque cum equis ſuis & armis marmori inſculptis: ut poſt longa ſecula prælium antiquum ob oculos poneret. Ibidem invenitur ſpelunca ſubterranea continens regem ac reginam conjugem thronis inſidentes & centũ fere homines regni proceres, omnes opere pigmentario cælatos in hodiernum uſq; diem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 B 16

diem. In baſilica S. Steph. apud ejus imaginẽ in ſacello duę ſunt columnæ æneę, opus regis Salomonis, qui in pace quieſcit:& cuiq; columnę hęc inſculpta verba, *Salomon f. Davidis.* Narrarunt autem mihi Judæi ibi degentes, ſingulis annis nono die Julii ex illis ſudorem aquæ inſtar manare. Illic etiam ſpelunca ubi Titus filius Veſpaſiani vaſa ædis ſacræ ſepoſuit, quæ Hieroſolymis attulerat. Eſt & alia crypta in monte ad fluminis Tiberis ripam, ubi ſepulti decem juſti laudatæ memoriæ, qui ſub regno tyrannico occiſi fuere.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 B 16

re. Porrò ante templum imaginis Lateranenſis ſculptus eſt Samſon globum lapideum manu tenens: deinde Abſalon filius Davidis, & rex Conſtantinus qui Conſtantinā exſtruxit de nomine ipſius vocatam Conſtantinopolin. Sculptura ejus & equi ex ære, ſed obducta erat auro. Alia etiam ſunt Romæ ædificia ac opera, quæ nemo recēſere queat. Hinc ad Capuam eſt iter quatridui. civitas magna eſt, quam Capys rex quondam ſtruxiſſe fertur: elegantia etiam eximia; aquæ tamen inſalubres, ut regio quaſi abortū faciat.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 B 16

Habet trecentos pene Judæos, nonnullos etiam ſapientiſſimos & ubique celebres: quorum primarii R. Konpaſſus & R. Samuel fratres, præterea R. Zaken & magnus ille Rab. David f. m. quem *principem noſtrum* vocant. Ulterius profectus fui Puteolos quondam Surentum dictam, urbem magnam, quam olim condidit Tſintſan Hadar-Ezer, quum metu Davidis regis (in pace quieſcentis) aufugiſſet. Verumenimverò mare inundans cives utraque urbis parte obruit. Ac etiamnum fora & turres, quæ in media civi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 B 16

civitate fuerunt, à quovis conſpiciuntur. Ex ipſo loco medius ſcaturit fons: ubi olearia materia invenitur, (vulgò vitriolum) quam ex aquæ ſuperficie collectam ad medicamenta cõficienda ſeponunt. Ibidem thermæ ſive balnea aquarum calidarum, quæ ex fundo ſcaturiunt in maris littore. Sunt autẽ duo balnea quæ ab omnibus morbo laborantibus frequentantur: quippe quæ ſalutifera doloremque lenientia deprehenduntur. Et ægroti omne genus è Lombardia eò æſtate confluunt. Hinc per milliaria quindecim

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 B 16

ſub montibus iter conficitur. Operis author eſt Romulus, qui Romam condidit, atque hæc omnia fecit cum ſibi à Davide Iſraëlitarum rege & Joabo exercitus duce metueret. Alia etiam cum ſupra, tum infra montes urbis Neapolis exſtruxit: quæ civitas munitiſſima in littore maris ſita eſt, à Græcis olim condita. Ibi quingenti ferme Judæi: inter quos Rab. Ezechias, R. Schallum, R. Elias ſacerdos & R. Iſaac b. m. è monte Horo oriundus. Hinc diei itinere Salernum venitur, ſcholam medicorum Edomæorum; ubi præterea

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 B 16

terea ſexcēti pene degunt Judæi, in quibus ſapientia præcellunt R. Juda filius R. Iſaaci, R. Melchiſedek magiſter inſignis Sipontinus, R. Salomon ſacerdos, R. Elias Græcus, R. Abraham Narbonenſis, ac denique R. Thimmon. Oppidum à continente muro cingitur; ab altera autem parte maris littori imminet: turrimque habet in montis cacumine munitiſſimam. Inde dimidii diei itinere diſtat Malfi: ubi viginti circiter Iudęi, inter quos Hananeel Medicus & R. Eliſæus, magnificus etiam ille Abu-Algidus fauſtæ memoriæ.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 B 16

Gentiles autem qui regionem incolunt mercatores ſunt, qui huc illuc mercaturam exercentes proficiſcuntur: agros non conſerunt, ſed quævis ſibi pecunia comparant; quippe qui in altis montibus & petrarum cacuminibus habitãt. Abundant tamẽ terræ fructibus è vinetis, olivetis, hortis & pomariis. Nec quiſquam cum ipſis bello contendere poteſt. Hinc unius diei itinere Beneventum deveni urbẽ magnam in littore & monte quodã ſitam: ubi ducenti pene Judæi; quorum præcipui R. Kalonymus, R. Zera & R.
Abra-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 B 16

Abraham l. m. Inde bidui itinere diſtat Malchi in Apuliæ regione, quæ fabis abundat. Hic inter ducentos circiter Judæos primores erant R. Ahimaats, R. Nathan & R. Tſadok. Ulterius ad Æſculum eſt iter unius diei: atque hic inter quadraginta Iudæos excellunt R. Kontilus, ejuſque gener R. Tſemah & R. Joſeph l. m. Hinc abeſt duabus ſtationibus Trane in littore ſita: quò conveniunt quicunque Hieroſolyma verſus transfretare cupiunt; quia hic eſt portus ſive λιμὴν commodiſſimus. Ibidem cœtus ducentorum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 B 16

ferme Iſraëlitarum : quorum primores R. Elias, & R.Nathan concionator, & R. Jacob. Urbs ipſa elegans & ſpatioſa. Ab hac una ſtatione abeſt Michael de Bar civitas olim magna: quam vaſtavit Siciliæ rex VVilhelmus. Quia vero plane devaſtata eſt, hodie nulli hic Iſraëlitæ, pariterq; nec Gentiles ulli. Ulterius dimidiato die Tarentum veni, initium regni regionis Calabriæ : ubi incolæ Græci. Urbs magna eſt, in qua trecenti ferme Judæi: quorum quidam ſapientia eminent, inter quos primas tenent R. Mali, R. Nathan,
&

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 B 16

&R. Iſraël. Hinc diei itinere diſtat Barnedis in littore condita: ubi decẽ circiter Judæi, qui coccineas veſtes tingunt. Inde itinere bidui abeſt civitas Otranto in maris littore, ditio Græcorum: ubi quingenti fere Judæi; quorum præſtantiſſimi R. Menahem, R. Caleb, R. Meïr & Rab. Malí. Hinc transfretantes bidui ſpatio Corfu pervenire poſſunt;ubi Judæus unicus cui nomen R. Joſeph : atq; hactenus Siciliæ regno accẽſetur. Hinc itinere bidui maritimo diſtat Labta(forte Larta) initiũ regni Emanuelis Græcorum regis: vi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 B 16

cus eſt, in quo centũ circiter Judæi habitant; quorum primarii Rab. Schelahja & R. Hercules. Inde biduum eſt ad Achilonem (forte Alcipum) ubi decem ferme Judæi; quorum caput R. Schabtæus. hinc dimidii diei itinere diſtat Natolicon in brachio maris ſita. Unde mari ſtatione una Patram veni, Antipatri Græcorum regis urbem: qui unus fuit è quatuor illis regibus, poſt Alexandrum regem imperantibus. Hic magna & antiqua ſunt ædificia, quinquaginta etiam ferme Judæi; inter quos primas tenent R. Iſaac, R.

Ja-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 B 16

Jacob & R.Samuel. Ab hac urbe ad Lepantum dimidii diei maritimum iter eſt: ubi in littore maris centũ fere ſunt Judæi; quorum præſtantiſſimi R. Gizri, R. Schallum & R. Abraham p.m. Hinc ſeſquidiei iter ad Criſſam: ubi in monte Parnaſſo ſoli habitant ducenti fere Judæi, qui ſerunt ac metunt in hærediis ſuis & fundis ſuis; ſibique præpoſitos habent R.Salomonem, R. Hajim & R. Jedajam. Inde tridui itinere diſtat urbs Corinthus metropolis: in qua trecenti ferè inveniuntur Judæi, quorũ primores R. Leo, R. Jacob

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 B 16

& R. Ezechias. Unde tertiò die Thebas deveni, urbem magnam. Hic bis mille circiter degunt Judæi, eorum qui in Græcia habitant peritiſſimi ſericarii, purpuræq; artifices. Inter illos etiam quidam doctiſſimi, conſtitutionum & Gemaræ peritiſſimi, ſeculi hujus maximi. Quibus præcellunt magnus ille doctor R. Aaron Cutæus ejuſque frater R. Moſes, R. Hija, R. Elias Thirtinus, R. Joctan: quos nulli æquant in tota Græcia, excepta urbe Conſtãtinopolitana. Iſtinc unius diei itinere profectus fui Ægriphou civitatẽ magnam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 B 16

gnam ad mare ſitam: ad quam è quavis mundi plaga & angulo mercatores commeant. Ibi ducenti circiter Judæi: quorum capita R. Elias Pſalterius, R. Emanuel & R.Caleb.Hinc una ſtatione ad Jabuſteriſam urbem maritimam: ubi centũ fere Judæi; quorũ præfecti ſunt R.Joſeph, R.Samuel, & R.Nethanja. Inde Robinica unius diei itinere diſtat: ubi Judæi ferme centum, quibus præpoſiti R. Joſeph, R. Eleazarus, & R.Iſaac. Unde iterum uno die diſtat Κυνοποταμὸς: in qua quinquaginta circiter Judæi; quorũ præ-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 B 16

fecti R. Salomon, & R. Jacob. Hæc eſt Valachiæ initium; cujus incolæ montes incolunt: gens ipſa Valachorum nomē gerit. celeritate cum capreolis conferendi, è montibus in Græcorum regionem deſcendunt, ut ſpolium & prædam auferant. Nemo illos bello laceſſere poteſt: neque rex ullus eos domare poteſt. Chriſtianorum inſtituta non obſervant: ſuiſque Judaïca nomina imponunt. unde nonnulli Judæos fuiſſe aſſerunt, Judæoſque appellare fratres ſuos; quumque hos offendunt, eos ſpoliare, ſed non

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 B 16

occidere, quemadmodum occidunt Græcos : vivere deniq; exleges. Inde duabus ſtationibus deveni Gardegin urbem vaſtatã: quam pauci Græci ac Judæi incolunt. Ulterius bidui itinere Armilonem urbem magnam eamque maritimam, Venetis, Piſanis & Genuenſibus, omnibuſque mercatoribus eò venientibus emporium commodũ. Regio eſt ſpatioſa, quę quadringentos circiter Judæos habet : quorum primores magnus R. Schilo, R. Ioſeph œconomus, & R. Salomon præfectus. Hinc diei unius iter eſt Biſſinam petentibus:

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 B 16

bus: ubi centum ferme Judæi; quorum primores magnus R. Schabta, R. Salomon & R. Jacob. Inde mari itinere bidui Seleuciam appuli: quam Seleucus rex (unus ex illis quatuor Græciæ propaginibus, quę poſt Alexandrum ſurrexerunt) ſtatuit. Urbs maxima eſt; in qua Judæi fere quingenti degunt, & inter alios magnus R. Samuel cum filiis ſapientiæ ſtudioſis. Hic Judæis iſtius loci præfectus eſt, ſub poteſtate regis. Sunt prętera R. Schabtæus ipſius gener, R. Elias & R. Michael: adeoque magna exulantium Judæorũ turba,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 B 16

ba, qui artes mechanicas tractant. Hinc duabus ſtationibus abeſt Mitriſi: ubi viginti fere Judæi, inter quos R. Eſaias, R. Machir & R. Eliab. Inde duobus diebus Darmam veni: Judæoſque ferme centum & quadraginta inveni; & in iis primas tenebãt R. Michael & R. Joſeph. Poſtea unico itinere Caniſtolin profectus, viginti fere Judæos inveni. Hinc tridui ſpatio ad Abidum civitatem in littore ſitam conficitur iter: unde ulterius inter montes quinq; dierum iter eſt magnam uſq; Conſtantinopolin. Quæ regni caput eſt

in

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 B 16

in univerſa ditione Græco-
rũ quos Gręcianos vocant:
Regiaque eſt Imperatoris
Emanuelis, cujus imperio
parẽt reges duodecim; qui-
bus ſingulis ſuum eſt Con-
ſtantinopoli palatiũ. Tur-
res habent & urbes, do-
miniumque in totam ter-
ram obtinent. quorum ca-
put rex. Primo nomen Pręp-
poſitus magnus; ſecundo
Μέγας δομεστικὸς ſive dome-
ſticus major; tertio Domi-
nus; quarto *Μέγας δοῦκας*
ſive magnus Dux; quin-
to *Οἰκονόμος μέγας*, id eſt,
magnus œconomus: reli-
quaque illorum nomina
hiſce ſunt ſimilia. Cæterum
Con-

Conſtantinopolis in circuitu octodecim patet milliaria, idque ea ratione,ut medietas una mari alluatur; altera verò in continente hæreat: imminetque duobus maris brachiis, quorum unum è Ruſſiæ; alterum ex Hiſpaniarum mari oritur. huc etiam cujuſvis generis mercatores conveniunt è Babylonia, totaque Meſopotamia, Media, Perſia, totoque Ægypti regno, Cananæa, regno Ruſſiæ, Hungaria, Peſiinki & Buria, Lombardia denique & Hiſpania. Hic ingens hominum ſtrepitus: quum eò nego-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 B 16

negotiationis ergo ex omnibus regionibus conveniant, quà mari, quà terra: adeo ut huic urbi nulla, excepta maxima Iſmaelitarum civitate Bagded, par uſpiam reperiatur. Hic etiam templum Sophiæ: & Græcorum Papa; quia religioni Papæ Romani non conſentiunt. Fana ibidem dies anni numero æquant. Et tam ingens eſt, ut ratio iniri nequeat, pecuniæ ſumma: quã eò quotannis ex utraque regione, arcibus, munitiſque locis illius ditionis conferunt, ut in nullis totius orbis templis tantæ divi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 B 16

divitiæ reperiantur. In medio templo conſpiciuntur aureæ & argenteæ columnæ, aureaque ac argentea candelabra plura quã quiſquam dinumerare poſſit. Eſt quoque locus in quo ſe oblectare rex ſolet, iſq; audæ muro proximus, dictus hippodromus : ubi rex quotannis die natalitio Jeſu Nazareni magnum edit ſpectaculum. Nam in iſto loco coram rege & regina omnia hominum totius mundi genera ſuis imaginibus exhibentur quolibet præſtigiarum genere. Producere etiam ſolẽt leones, urſos, pardos atq; onagros: quos

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 B 16

quos emittunt ut inter ſe concertent; ut & aves. Nec ullibi par viſitur ſpectaculum. Ipſe autē rex Emanuel in regiam ſuam magnum in littore ædificavit palatium, prętet illud à majoribus exſtructum: idque Blachernas vocavit: & columnas ac earum ornamenta auro & argento probato obduxit; iiſque cum bella ab antiquis antequam naſceretur geſta; tū quæ ipſe geſſerat inſculpſit. Ibidem ſolium ſuum ex auro & gēmis paravit: ſolioque aurea corona ex aurea catena impendet, æquali cum inferiori ſedili ambitu. In iſta
mar-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 B 16

margaritæ, quarum pretium nemo facile æſtimet: etenim noctu nullis ibi lucernis opus habent; ſiquidem omnes margaritarum luce fruantur, quæ ipſos admodum illuminãt. Sunt & alia quæ nemo recenſere facile queat. Atq; eò annuatim è tota Græcia omnia tributa inferunt, ut turres inde impleantur; cum veſtibus ſericis & purpureis, tum etiam auro. Nec ſtructura; nec divitiæ tantæ in ulla regione reperiuntur. Ipſius civitatis tributum ſingulis diebus viginti aureorum millia conficere ajunt, cum ex locatione taber-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 B 16

tabernarum; tum ex foris venalitiis & mercatorũ vectigalibus, qui mari ac terra eò confluunt. Porrò regionis incolæ Græci ſunt divites, cum auro, tũ margitis abundantes: ideoque veſtibus incedunt ſericis, quibus alias ocellatas auro intextas & acu pictas ſuperinduunt. Ita equis vecti regum filiis videntur perſimiles. Regia latiſſime patet, præſtantiſſimis omne genus fructibus dives; pane etiam, carne & vino pleniſſima: nec illorum divitiis pares eſt invenire in orbe univerſo. Sunt etiam in omnibus Græcorum libris

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 B 16

ris verſatiſſimi, comedentes & bibentes quiſque ſub vite & ficu ſua. Atque ex omnibus gentium nationibus, quas Barbaras vocant, milites conducunt, qui cum Sultano rege Togarmanorum, quos Turcas dicunt, prælia ineant: quia nullo animi ardore ad præliandum imbuti, mulieribus habentur ſimiles, quum viribus ad retundendum hoſtem deſtituantur. In ipſa urbe nulli ſunt inter illos Judæi: quia trans aquarum ingentem alveum ablegati ſunt; & maris Sophiæ brachium ipſos cingit à parte altera, & nonniſi via maris

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 B 16

maris egredi permittũtur, ut mercaturam cum civitatis incolis exerceant. Illic ferme bis mille Judæi, iique magiſtrorum doctrinæ obſervatores; alii quoque diſcreti quingenti, iique Karaïtæ: inter quos & priores ſapientum diſcipulos eſt intergerinus paries. Horũ primores ſunt magnus R. Abtalion, R. Obadias, R. Aaron Cuſpus, R. Joſeph Scharginus & R. Eliakim Synagogæ moderator. In iis artifices ſericarum veſtium, multi mercatores, hominesq; ditiſſimi. Sed ibi Judæo fas non eſt ut equo vehatur, excepto R. Salo-

mone

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 B 16

mone Ægyptio regis medico: cujus opera Judæi magnum in ſuo exilio experiuntur levamen: gravi enim in exilio verſantur, magnumq; ſuſtinēt odium coriariorum, qui pelles pręparant: adeoque conſpurcatam ſuam aquam in plateis ante illorum portas effundunt & Judæos inquinant. Similiter Græcis omnes Judæi inviſi ſunt nullo bonorum & malorum diſcrimine: ſiquidem contra Judæos mundum concitāt, eos in plateis verberant & dura premunt ſervitute. At Judæi opibus abundantes viri boni ſunt benignitatis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 B 16

& præceptorum obſervantes, qui exilium æquo animo ferunt. Loco, ubi Judæi habitant, nomen Pera. Inde bidui itinere maritimo diſtat Rodoſton : ubi Iſraëliticus cœtus quadringentorum ferme; quorum primates R. Moſes, R. Abia & R. Jacob. Unde duabus ſtationibus Gallipolin veni: ubi ducenti ferè Judæi; primores R. Elias procurator, R. Schabtæus parvus & R. Iſaac μέγας : Græcis turris (potius *magnus*) vocatur μέγας. Poſtea itinere bidui Calas: Judæoſq; fere quinquaginta inveni, quibus præerant R. Juda, R.
Ja-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 B 16

Jacob & Rab. Schemaja. Hinc biduo Mitylenen devenitur unam ex maris inſulis: in qua decē locis Judæi ſuas habent ſynagogas. Unde ad Chium eſt iter tridui: ubi quadringēti pene Judæi; in quibus R. Elias, R. Themā, & R. Schabtæus primarii. Eodem loco reperiuntur arbores, è quibus colligitur maſtyx. Hinc duabus ſtationibus Samos: ubi trecenti pene Judæi; quorū primores R. Samarias, R. Obadias & R. Joël. In iſtis inſulis multi ſunt Iſraëlitarum cœtus. Deinde mari Rhodū tertio die appuli: & quadringentos fer-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 B 16

mè Judæos inveni; eorumque primates R. Abbam, R Chananeelem & R. Eliam. Inde quatuor dierum itinere diſtat Cyprus: ubi Judæorum Rabbanæorum, ſive qui majorum inſtitutis vivunt, cœtus eſt; nec non Judæi alii, hæretici Cyprii, nempe Epicurei. Hos ubique excommunicant Iſraëlitæ: quandoquidem Sabbathi veſperam profanant, primamque veſperam obſervant. Poſtea duabus ſtationibus Corucum profectus ſum, illius Chriſtianorum ditionis initium quæ Armenia dicitur. Ibidem initium eſt regni Turi re-

gis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 B 16

gis Armeniæ, qui montes ſibi ſubjectos habet, regnatque ad civitatem uſq; Dochiam & Togarmanorum regionẽ, quos Turcas vocãt. Inde duobus itineribus Malmiſtras, ſive Tharſis in littore ſita: quæ adhuc filiorum Javanis, quos Græcos dicunt, regno accenſetur. Hinc duobus itineribus Antiochiam magnam veni, quæ fluvii Phir ripæ imminet in valle torrentis Jabok, qui à monte Libano defluit è regione Hamathæ. Hæc eſt civitas illa magna quam rex Antiochus condidit: cui altiſſimus mons imminet mœ-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 B 16

nibus contentus: in cujus vertice conſpicitur fons; fontique aliquis præfectus eſt, qui aquam per canales ſubterraneos ad magnatũ iſtic habitantiũ ædes tranſmittit. Altera ſui parte civitas fluvio alluitur: eſtq; totius imperii, ferocium Pitivini Papæ fidem amplectẽtium, munitiſſima. Hic aliquot numero Iſraëlitæ, vitriarii: quorum capita ſunt R. Mardochæus, R. Hajim & Iſmaël. Hinc duobus itineribus Ligam ſive Laodiceam veni: & ducentos pene Judæos reperi; ac inter eos R. Hijam & R. Joſephum. Inde duobus diebus

diſtat

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 B 16

diſtat Gebal, ſive Baalgad ſub monte Libano: cui cõtermina eſt natio quam vocant Elhaſchiſchorum, qui Muhammedanorũ religioni non aſſentiuntur; ſed Canbato cuidam quem prophetæ loco habẽt. Huic enim in omnibus obediunt, ſive ad mortem, ſive ad vitam: eumq; appellant Dominum Elhaſchiſchorum. Eſtque ipſorũ ſenator, cujus arbitrio domi ac foris agunt omnia omnes montium incolæ: habitationis locus oppidum Kormos, quondam in regione Sihonis ſitum. Montani perpetuam inter ſe fidem ſervant

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 B 16

ex præcepto ſenatoris ſui: omnibuſq; paſſim ſunt terrori, quia reges ſerra diſſecant. Horum regio octo dierum itinere peragratur. Bella gerunt cum iſtis Edomæis ſive Chriſtianis, qui Franci appellantur, & cum rege Tripolis quæ & Trabelos Syriæ dicitur. Illis diebus Tripolis terræmotu concuſſa fuit, & Gentilium ac Judæorum plurimi obruti fuere; ſiquidem ædes ac muri eos opprimebant: eodemque tempore tales ruinæ in tota Iſraëlitarum regione fuere; adeo ut iſtis diebus viginti hominum millia & amplius perierint.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 B 16

Illinc diei unius itinere abeſt altera Gebal, terminus filiorum Ammon & ſedes centum ferme & quinquaginta Judæorum: in regno ſeptem ſocietatum, quarum princeps eſt Gilianus Imbiremus. Hic reperta veſtigia fani olim filiorum Ammon cum idolo filiorum Ammon: quod ſolio ſive throno inſidebat, lapideo quidem, ſed obducto auro: cui ad dextram & ſiniſtram duę adjungebantur mulieres, hinc una; inde altera. In ejus conſpectu altare, in quo coram ipſo cum ſacrificabant; tum ſuffitum faciebant, filiorum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 B 16

Ammon temporibus. Hic etiam ducenti ferme Judæi: quorum primates R. Meïr, R. Jacob & R. Schimha. Oppidum ipſum mari regionis Iſraëlitarum alluitur. Unde ad Birot (quæ eadem eſt cum Beeroth) iter eſt bidui: ubi quinquaginta ferme Judæi; quorũ primarii R. Salomon, Rab. Obadias & R. Joſeph. Hinc unico itinere Tſaidam, id eſt, Tſidonem profectus urbem magnam, viginti fere Judæos inveni. Unde decẽ pene milliaribus natio quædam diſtat, quæ cum Tſidoniis bella gerit, & appellatur Dogziin: ſunt

iidem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 B 16

iidem qui pagani & athei dicuntur. Hi nullius religionis in altis montibus & rupium antris habitãt: quibus neque rex neque princeps ullus imperat; ſed ſuo arbitrio inter montes ac rupes vivunt, ad montem uſque Hermon tridui itinere pertingentes. In inceſtus effuſi, proprias filias ſibi jungunt; & certo quodam anni feſto, quo omnes viri fœminæque ad convivandum conveniunt, uxores ſinguli alii cũ aliis permutãt. Animam, quum ex alicujus probi corpore migrat, occupare tradũt corpus cujuſdam pueruli qui

eo

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 B 16

eo momento, quo anima è corpore ſuo migrat, naſcitur; ſin ex improbo diſcedat, occupare canis aut jumenti corpus. Hujuſmodi cum ſit via iſtorum; ſtoliditatem ſuam produnt. Nulli inter eos Judæi; niſi quod artifices & infectores ipſos adeant, & inter eos opificii ac mercaturæ ergo commorati domum redeant: Judæos autẽ diligunt. Cæterum in montibus & collibus percurrendis velocitate pollent: nec ulli eos bello laceſſere ſuſtinent. Deinde unico itinere veni Tyrum novã, urbem elegantiſſimam: quæ λιμθρία

ſive

ſive pòrtum intra ſe habet; quò naves inter duas turres appelluntur. Noctu verò publicani catenã ferream inter eaſdem turres extendunt: ut nemo vel navi, vel alia via, è navibus aliquid auferens, evadere queat. Nec ullus exitus vel portus huic λιμένι in toto orbe ſimilis eſt. In hac eleganti urbe quadringenti fere reperiuntur Judæi: inter quos nonnulli Talmudis ſunt peritiſſimi; quorum primarii R. Ephraim Ægyptius judex & R. Meir Carceſchonæ natus, ut etiam R. Abraham totius cœtus pręfectus. Judæi hinc navibus

mare

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 B 16

mare ſulcant. Hic degunt artifices qui vitrum præſtantiſſimum conficiunt, quod Tyrii nomine celebre eſt, quodque in omnibus regionibus ſit maximi: quin etiam ſaccharũ optimum hic reperitur. Novæ Tyri mœnia ſi quis conſcendat, Tyrum illam coronariam (Eſ.23.9.) conſpicit mari obrutam: quæ à nova jactu lapidis diſtat. Quod ſi cui ſcapha ingredi mare collibitũ fuerit, turres & fora cum plateis, palatiaque in fundo deſpiciet. Cæterum Tyrus nova eſt emporium, quò undique conveniunt. Unde diei iti-

nere

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 B 16

nere diſtat Akadi, quæ eſt ipſa Acco, olim in Aſcheris confinio: eaq; terræ Iſraëlis initium in maris magni littore ſita, λιμένα ſpatioſum habet, quem portum nominant; iis omnibus commodũ qui concepto voto Hieroſolyma navibus contendunt. Illam præterfluit fluvius qui Torrens orientalium dicitur: & in eadem ducenti ferme Judæi; quorum præcipui R. Tſadok, R. Japheth & R. Jona l. m. Hinc tribus paraſangis Niphas abeſt, ſive Gad nitida, in littore condita; cui ex latere altero Carmel mons imminet. Ad
mon-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 B 16

montis radices multa viſuntur Iſraëlitarum ſepulchra: in monte verò Eliæ l. m. ſpelunca; ubi duo Chriſtiani fanum exſtruxerunt, quod ſancti Eliæ dictum fuit. In ejuſdẽ montis cacumine altaris diruti & ab Elia l. m. Achabi temporibus reparati veſtigia agnoſcuntur: cujus ſatium orbiculatum quatuor circiter patet cubita. Porrò ad imum montem in ejus latere defluit torrẽs Kiſchon. Hinc quatuor paraſangis diſtat Capernahum, ac ſi dicatur vicus conſolationis: & ipſum Carmelum primo aſpectu ſuperare videtur.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 B 16

Inde ſex paraſangis abeſt Schizeria, dicta quondam Gad Palæſtinorum:ubi decem pene Judæi & Cuthæi ducenti. Hi ſunt Judæi Schomronitæ, qui vulgò Samaritani audiunt. Urbs ipſa pulcherrima eſt ac elegantiſſima, ad mare ſita, ſtructura imperatoris ac regis Cæſaris: qui eam de ſuo nomine Cæſaream vocavit. Hinc dimidiato itinere Kakum veni, ſive Kegilam: nulliſq; repertis Judæis altero dimidiato itinere profectus fui Schargoreg, quæ olim dicebatur Luz; & unicum reperi Judæum lanarum infectorem. Unde die

uno

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 B 16

uno Sebaſten me contuli, dictam ab antiquis Samariam: hodieque Achabi Iſraëlitarũ regis aulæ dignoſcuntur ibi veſtigia. Urbs in monte quondam munitiſſima fontibus eſt irrigua; regioque aquarum rivis, hortis, pomariis, vinetis & olivetis dives eſt: à nullis tamen Judæis inhabitata. Hinc duabus paraſangis diſtat Neapolis, olim dicta Sichem, intra montes Ephraïm condita: nec ulli hic Judæi. In valle jacet inter montem Gerizzim & montem Ebal: ubi centum circiter Cuthæi legis tantumMoſaïcæ obſervatores;
quos

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 B 16

quos Samaritanos appellãt. Hi ſacerdotes habent ex Aaronis ſacerdotis in pace quieſcentis proſapia, eoſq; Aaronæos appellant: qui cum illis matrimonio non iunguntur; ſed inter ſe qui ex ſacerdotali ſunt genere, ne cum illis confundantur. Sunt tamen legis illorum ſacerdotes, parantq; victimas ac offerunt holocauſta in illorum congregatione, idque in monte Gerizzim. Quemadmodum in lege ſcriptum eſt Deut. 11. 29. *Edes benedictionem hanc in monte Gerizzimorum*: ideoque hanc eſſe domum ſanctuarii affirmant. Offerunt

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 B 16

ferunt autem holocauſta cum Paſchate, tum aliis feſtis in altari, quod in monte Gerizzim ex illis ſtructũ fuit lapidibus, quos Iſraëlitæ Jardenem tranſgreſſi erexerant. Ex Ephraïmi tribu ſe oriundos profitentur: & in diœceſi ſua habent ſepulchrum Joſephi juſti filii Jacobi patris noſtri qui in pace quieſcit; ſecundum illud Joſ. 24. 32. *Tum oſſa Ioſephi, quæ deportaverant filii Iſraëlis ex Ægypto, ſepeliverunt Sichemi.* Tribus his carent literis ה, ח & ע: ה in nomine Abrahami patris noſtri, unde & deſideratur nomen

גור

הוד *gloria* ; ה in nomine Iſaaci patris noſtri , unde etiam deſideratur חסד *benignitas*; ע in nomine Jaacobi patris noſtri,unde nec vocem ענוה ſignif. *manſuetudinem*,adhibent:quocirca in his dictionibus utuntur litera א. Atque hoc indicio , ex Iſraëlis poſteris non eſſe , cognoſcuntur: quia Moſis legem abſq; hiſce tribus literis agnoſcunt. Sollicite ſibi cavent à mortuorum,oſſium,occiſorum & ſepulchrorum contaminatione : veſteſque,quibus veſtiuntur quotidie , cum ad ſynagogam ſuam ſeſe conferunt,deponũt;& cor-

pori-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 B 16

poribus aqua ablutis, alias quotidiano ritu induunt. Cæterum in monte Gerizzim diverſi ſunt fontes ac pomaria: at mons Ebal aridus eſt inſtar lapidum ac petrarum. Inter utrumque in valle Sichem deſpicitur. Inde quatuor paraſangis diſtat Gilboa, qui Chriſtianis dicitur *monto Gilboë*, ſitus in regione aridiſſima. Hinc quinque paraſangarum iter eſt ad vallem Ajalon, quam Chriſtiani vocant *vael de Luna.* Unde unica paraſanga ad montẽ Moriæ, ad Garan Davidis, ſive magnam illam urbem Gibeon: ubi nulli ſunt Judæi.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 B 16

dæi. Ab hac diſtant Hieroſolyma tribus paraſangis: oppidum exiguum tribus munitum muris. Incolæ frequentes, Jacobitæ, Syri, Græci, Gregoriani, & Franci: ut verbo dicam, ex omnibus gentium nationibus. Hic etiam eſt locus inficiendis lanis accommodus: quem Judæi annuatim à rege ea conditione conducunt, ne cuiquam præter Judæos iſtam artem Jeroſolymis exercere concedatur. Sunt autem numero ducenti in oppidi angulo ſub turri Davidis habitantes: in cujus turris Davidis muris, antiqua fundamenti

ſtru-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 B 16

ſtructura ad decem cubita aſſurgit, ex majorum ædificio, quod ædificarunt patres noſtri, etiamnum remanens. Cum reliqua ſtructura ſit Iſmaëlitarum; nullum in toto oppido ædificium turri Davidis firmius invenitur. Ibidē etiam duo ſunt xenodochia: è quorum collegio uno in bellū prodeunt quadringenti equites. Iſtic ægroti omnes, quotquot eò deveniunt, decumbunt; quibus omnia neceſſaria cum in vita, tum in morte ſuppeditantur. In altera domo (quæ vocatur Xenodochium Salomonis, fuit enim palatium à Salo-

mone

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 B 16

mone exſtructũ)in hoc inquam xenodochii collegio commorantur, indeq; ad præliũ expediri queunt in ſingulos dies quadringenti equites: iſtis exceptis equitibus qui ex Gallicis & cæteris Chriſtianorum regionibus voto obſtricti eò conveniunt, ut ibi ſubſiſtentes anno vel biennio votum impleant. Hic præterea fanum illud magnũ viſitur, quod dicitur ſepulchrum, nimirum illius viri ſepulchrum, quem omnes voto cõſtricti adeunt. Hieroſolymorum portæ ſunt quatuor: una quam portam Abrami appellant; deinde

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 B 16

porta Davidis; porta Tſionis; porta deniq; Joſaphati è regione Ædis illius ſanctæ quæ fuit temporibus priſcis. Ubi eſt templum Domini; ſcilicet hoc loco Ædes ſancta fuit quondã. In propinquo Omar filius Citabi magnũ & pulcherrimum exſtruxit fornicem: quò Gentes nullam inferunt imaginem aut ſimilitudinem; ſed tantummodo ingrediuntur quò preces ſuas concipiant. Exadverſò viſitur murus occidentalis, illorum unus qui in Ædis loco ſanctiſſimo fuerũt olim; diciturque porta miſericordiæ: atque huc omnes

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 B 16

nes Judæi ante murũ iſtum in atrii locum precatum veniunt. Jeroſolymis in aula Salomonis equorum ſtabula ſuperſunt, quæ Salomon firmiſſima ſtructura, magnis lapidibus ædificaverat: nec ullibi locorum ſimile ædificium reperitur. Ibi etiamnum canalis conſpicitur, ubi veteres victimas ſuas mactabant: omneſque Judæi hic nomina ſua pariete inſcribunt. Prodeunti è porta Joſaphati objacet Populorum deſertum: in quo ſtatua illa dicta olim *locus Abſalonis*; ſepulchrum Uziæ regis; magnus etiam fons aquarum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 B 16

Schiloæ ad torrentem Kedronis; & juxta fontem magnum ædificium, à majorum noſtrorum temporibus reliquum. Hic nonniſi parum aquæ invenitur: itaq; pars maxima eorum qui Hieroſolymis degunt, aquam pluvialem bibunt; utpote qui in ædibus ſuis ciſternas habeant. Ulterius ex valle Joſaphati ad olivarum montem aſcenditur: quum Jeroſolyma & olivarum montē iſta tantummodo vallis interjaceat. Ex hoc monte deſpiciunt mare Sodomiticum: à quo mari ad ſalis ſtatuam, quæ Loti uxor fuerat, duæ ſunt para-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 B 16

paraſangæ. Statua quidem à gregibus lambēdo diminuitur; ſed denuò excreſcit ad priſtinam quantitatem. Proſpicitur etiam ex eodē monte tota planities & torrens Schittim ad montem Nebo. Ante Jeroſolyma eſt mons Tſion:nec ulla in hoc monte ſtructura, ſi unum Chriſtianorum fanum exceperis. Præterea in conſpectu Jeroſolymorum tria veluti cœmeteria Iſraëlitarum : ubi diebus priſcis mortuos ſuos ſepeliebant. Inibi ſepulchrum,in quo æra inſcripta eſt. Verum Chriſtiani ſepulchra minuunt; ut qui ex

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 B 16

eorũ lapidibus domos ſuas exſtruant. Ambiunt vero Jeroſolyma montes magni: in Tſionis autem monte familiæ Davidicæ extant ſepulchra, regumque qui poſt eum regnarunt; ſed locus ignotus eſt. Etenim quindecim jam ſunt anni, ex quo fani illius montis Tſionis murus aliquis corruit; ideoque Patriarcha ſacerdoti præcepit, ut fanũ iſtud reſtauraret: hæc addens, Deſume lapides ex antiquo Tſionis muro, iis fanum inſtaura. Itaque hic paruit & operarios pervulgata mercede viginti ferme conduxit, qui lapides è fun-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 B 16

fundamento muri Tſionii
eruerent. Inter hos fuerunt
duo amici, fœderis tena-
ces: quorum cum unus die
quodam alterum convivio
excepiſſet, ſumptoque ci-
bo ambo ad opus rediiſ-
ſent; dixit ipſis præfectus,
Quare diſtuliſtis adventũ?
tum reſponderunt, quid
iſtuc ad ipſum attineret:
qua hora ſocii noſtri ibunt
pranſum, nos opus noſtrũ
perficiemus. In educendis
igitur lapidibus, erecto
quodam ſaxo ſpeluncæ o-
ſtium repererunt: unde eo-
rum alter alterum alloqu-
tus dixit, Ingreſſi num hic
pecunia lateat videamus.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 B 16

Quocirca per ſpeluncæ introitum eouſque perrexerunt, donec ad magnum quoddam palatium pervenirent, columnis marmoreis inædificatum, argento auroque obductum: in cujus conſpectu menſa erat & ſceptrum aureum, unà cum aurea corona. quod fuit ſepulchrum Davidis regis Iſraelis. Ad ſiniſtram aliud Salomonis; ſimiliterque omnium regum ſepulchra qui iſtic è ſtirpe Iudaica ſepulti fuerunt. Ibidem arcæ clauſæ, in quibus quid contineatur, nemo novit. Quum verò duo illi viri palatium ingredi vel-
lent,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 B 16

ēt, ecce ex antri oſtio ventus turbineus ita eos proſtravit, ut in terram delapſi mortuorū inſtar ibi ad veſperam uſq; jacerent: quum exortus alius ventus inſtar vocis humanæ clamaret, Surgentes faceſſite hinc. Quapropter egreſſi ac inde expulſi & attoniti, ad Patriarcham ſe receperūt: cui omnia enarrarunt. Unde Patriarcha Conſtantinopolin literas miſit, quibus D. Abrahamum pium Phariſæum (unum ex iis qui Hieroſolymorum ruinam lugerent) ad ſe evocaret. Iſti cum omnia ex ore duorum illorum expo-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 B 16

ſuiſſet, qui inde venerant; hoc tulit à D. Abrahamo reſponſum; illa eſſe familiæ Davidicæ ſepulchra, in uſum eorum regum qui ex Juda genus ducerent. Poſtridie cũ ad duos illos quidam miſſi fuiſſent, utrumque in lecto ſuo deprehenderunt decumbentem, ac cum pavore dicentem; Eò non revertemur, quia Deo non libet ulli homini iſtũ locum oſtendere. Præcepit ergo Patriarcha, ut locus iſte occluderetur, & ab hominibus ad hunc uſq; diem occultaretur. Ipſe Abraham Pius omnia hæc mihi narravit. Inde duabus paraſan-

gis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 B 16

gis Bethlehemum Iudæ deveni, quod oppidum abſolutè Bethlehem dicitur: cui ad dimidium milliare vicinus eſt ſepulchri Rachelis cippus, in bivio è duodecim lapidibus pro numero filiorum Jacobi exſtructus, & teſtudine quadam, quæ columnis quatuor innititur, tectus. Hic omnes Judæi quotquot prætereunt, nomina ſua in cippi lapidibus exarant. Bethlehemi duodecim Judæi ſunt, qui tincturam exercent: locus ipſe rivis, puteis & fontibus abundat. Hinc ad Hebronē ſunt paraſangæ ſex: ſed hæc civitas in monte olim

ſita,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 B 16

ſita, jam devaſtata eſt. In agri valle quadam ſcil. in agro illo *Duplicationis* hodie oppidum eſt, & templũ magnum, cui nomen, Sancti Abrahami: olim verò Iſmaëlitarum temporibus fuit ſynagoga Judæorum. Chriſtiani hic ſex ſepulchra fecere, quibus ab Abrahamo, Sara, Iſaaco, Rebecca, Jacobo & Lea impoſuere nomina: & peregrinantibus hæc Patriarcharum ſepulchra eſſe dicunt, ideoq; pecunia erogatur. Sed Judæo accedenti, qui mercedem ſpeluncæ janitori ſolvat, aperitur porta ferrea, quæ jam inde à beatorum

Pa-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 B 16

Patriarcharũ temporibus confecta fuit. Huc qui deſcendit facem ardentem manu tenens, nihil in prima ſpelunca deprehendit, nec in ſecunda; donec in tertiã deveniat: ubi ſex ſunt ſepulchra, Abrahami, Iſaaci, Jacobi, Saræ, Rebeccæ & Leæ; quæ ſibi invicem oppoſita, ſingula literis inciſis obſignata ſunt, ut ſepulchro Abrahami hæc inciſa legãtur, Hoc eſt Abrahami beati patris noſtri ſepulchrum, ſimiliter ſuper Iſaaci ſepulchro, imo ſingulis ſepulchris hujuſmodi inſcripta erant. In ſpelunca lampada accendunt, quæ

die

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 B 16

die noctеque ad ſepulchra ardeat. Ibidem dolia viſuntur, plena Iſraëlitarum oſſibus: quia huc mortuos ſuos inferunt Iſraëlitæ, nempe ſinguli patrum ſuorum oſſa, quæ hic ad hodiernum uſque diem deponunt. In agri *Duplicationis* extremitate domus beati Abrahami patris noſtri, & ante domum fons: nec ut ibi domus alia extruatur permittitur, ob Abrahami reverentiam. Hinc ad Beth Gebarin quinque ſunt paraſangæ, olim dicebatur Mareſcha: tres iſtic tantummodo Judæi habitant. Unde quinque paraſangis diſtat

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 B 16

ſtat Torondolos Gabra-
eriſch, dicta quondam
Schunem: ubi trecenti ſunt
Judæi. Inde trium paraſan-
garum itinere ad Sanctum
Samuelem Schiluntis veni.
Hæc eſt illa Schilo, quæ
duabus tantum paraſangis
Jeroſolymis diſtat. Quum
autem Chriſtiani Ramlam
(hæc eſt Rama) Muhāme-
danis eripuiſſent, & Samue-
lis Ramathenſis ſepulchrũ
apud Judæorum ſynago-
gam reperiſſent; eum è ſe-
pulchro ſuo deſumptum
Schiluntem detulere: ubi
magnum ſtruxere templũ,
quod hactenus vocant San-
ctum Samuelem Schilunti-
num.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 B 16

num. Hinc tribus emenſis à latere montis Moriæ paraſangis, Peſipuam deveni: quæ eſt Gibea Saulis, & eadem cum Geba Binjaminis: ubi nulli Judæi. Ulterius ad Beth-nobi tres paraſangæ, ipſa eſt Nob civitas ſacerdotalis. In media via duo ſaxa Jonathanis, quorum uni nomen erat Botſets, alteri Sene. In civitate duo ſunt Judæi, iiq; tinctores. Hinc tribus paraſangis Ramas (quæ eadem cum Harama) diſtat: ubi murorũ inde à patrum noſtrorum temporibus rudera; ſicuti è lapidum inſcriptionibus liquet. Atque
hoc

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 B 16

hoc loco, civitate olim per-
magna, tres ſunt Judæi. Hic
magnum quoddam Iſraë-
litarum cœmeterium ad
duo uſque milliaria exten-
ditur. Inde quinque para-
ſangis Gapham devenitur,
quæ & Joppe dicta, inque
littore ſita unum tantum
habet Judæum, qui tinctu-
ram exercet. Hinc Ebalin
uſque tres paraſangæ: olim
dicebatur Jaſne. Adhuc
ſcholæ veſtigia remanent;
ſed nullus eſt Judæus. Huc-
uſque Epraïmi limites ex-
tenduntur. Ulterius duabus
emenſis paraſangis Palmin
veni, quæ eſt ipſa Aſchdod
Peliſthæorum jam vaſtata:
unde

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 B 16

unde nec ullus ibi Judæus. Duabus inde paraſangis Aſchkalon diſtat: quæ eſt Aſchkelon nova, quam ſacerdos Ezra p. m. ad mare condidit. quam initio Beniberam appellabant. Hæc ab Aſchkalone antiqua, quæ jam devaſtata eſt, quatuor paraſangis abeſt. Nova autem urbs permagna eſt & elegans: quò ad negotiationem undique confluunt, eo quod in confiniorũ Ægypti extremitate ſita ſit. hic ducenti ferme Judæi Rabbanæi ſive traditionũ obſervatores, quorum antiſtites D. Tſemah & D. Aaron cum D. Salomone:

mone: ibidemque 40 Karaïtæ ſunt, qui Scripturæ ſoli adhærent: quinetiam Samaritani ferme trecenti. In media urbe puteus: quẽ vocant puteum perfecti Abrahami, quippe quem Peliſchthæorum temporibus foderat. Hinc Seguras profectus ſum, quæ olim Lud dicebatur:& poſtea ſeſquidie Zarzin, quæ olim Iiſreël;ubi magnus conſpicitur fons,& unus habitat Judæus qui tincturã exercet. Hinc tribus emenſis paraſangis Sipuriam veni, quæ Tſipori dicebatur olim:ubi eſt ſepulchrum J. Doctoris noſtri ſancti,& D. Hijæ qui è Ba-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 B 16

è Babylonia venerat, nec nõ Prophetæ Jonæ f. Amittæi; qui omnes in monte ſepulti. Sunt & alia ibi ſepulchra plurima. Inde quinque confectis paraſangis Tiberiadem veni, Jardeni imminentem: ubi Jarden dicitur mare Genezareth, magnoque fluens impetu effundit mare ſalis in terram planitiei. Hic eſt locus qui aliàs dicitur decurſus collis: nam egreſſus Jarden irruit in mare Sodomæ ſive mare ſalis. Tiberiade quinquaginta circiter Judæi ſunt: quorum primares D. Abraham vidẽs, D. Muchtar & D. Iſaac.
Ibi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 B 16

Ibidem aquæ calidæ ex abditis terræ locis ſcaturientes, quas thermas Tiberiadis vocant. In proximo etiam Calebi ſynagoga f. Jephunnæ. Ibidē ſepulchretum Iſraëlitarum cum ſepulchris Domini Joannis filii Zachæi & Doctoris Jonathanis f. Levi. Omnia hęc in Galilæa inferiori. Inde duobus dieb° Timin deveni, ſive Timnatham: ubi ſepulchrũ viſitur Samuelis juſti, & multorum Iſraëlitarũ. Hinc uno die profectus fui Aſchath, quæ olim Gouſch Halebi: ubi viginti ferme Judæi. Inde ſex numerantur paraſangæ Maranē uſque,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 B 16

que, quæ olim Maron. Ubi in propinquo eſt quædam ſpelunca, cum ſepulchris Hillelis & Schammæi, ſepulchris etiam viginti diſcipulorum, ſepulchris deniq; D. Binjaminis filii Jephethi & D. Iudæ filii Bethiræ. Hinc iterum ſex paraſangæ Almam uſq; à quinquaginta Judæis inhabitatam: quæ ſepulchretum Iſraëlitarum magnum continet. Unde dimidiati diei itinere diſtat Kadis, quæ eſt Kadeſch Naptali in Jardenis ripa condita: ubi ſepulchra D. Eleazari filii Arachi, D. Eleazari filii Azariæ, Houni Circulatoris, D. Si-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 B 16

D.Simeonis f.Gamalielis & D.Joſæ Galilæi, cum ſepulchro Baraki f. Abinoami: nec ulli iſtic Judæi ſunt. Hinc uno die Belinos veni, cujus nomen fuit Dan: ubi antrum quoddã, unde Jarden profluens tertio milliari jungitur Arnonis fluento, quod è Moabi limite deſcendit. Ante ipſum antrum dignoſci adhuc poteſt locus altaris idoli, quod Micha quondam dicavit & Danitæ illis diebus coluerunt. veſtigia etiam ſunt illius altaris Jeroboami filii Nebati, in quo erat vitulus aureus. Hucuſque limites Iſraëlitarum, quoad mare ſupe-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 B 16

ſuperius. Inde iter eſt bidui Damaſcum uſque, urbem magnam, initium regni Nor-Aldini regis Togarmanorũ, qui Turcæ vocantur. Urbs permagna eſt ac pulcherrima, muro undique cincta: cujus regio hortis & pomariis inſtructiſſima eſt: pateq; in ſingula latera milliaria quindecim. Nulla in toto orbe civitas cum hac, fructuum ubertate conferri poteſt: nam eò etiam ex Hermone monte defluunt Amana & Parpar, (nam urbs ſub mõte Hermone ſita eſt) adeo ut Amana in mediam urbem deſcendat, adeoque per

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 B 16

per ligneos aquæductus ad omnes magnatum ædes aquæ deriventur, nec non in plateas & fora. Urbs ipſa omnium regionum mercatoribus frequentata. Cæterum Parpar extra urbem hortos & pomaria interfluit, omneſq; horti & pomaria inde irrigantur. Ibi templum eſt Muhammedanorum, quod vocatur ſynagoga Damaſcena, cui par non eſt ædificium in orbe toto; & olim Ben-hadadi palatium fuiſſe dicitur. Hic magorum artificio vitreus murus conſtructus eſt, in quo foramina ſunt ſolaris anni diebus paria: per quorum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 B 16

rũ ſingula ſol illapſus duodecim iſtis gradibus deſcendit, qui diei horis reſpondent: ideoq; homines in iſto muro diei horas dignoſcunt. Intra palatium loca ex auro & argento exſtructa ſunt, quorum ſingula magnum labrum referunt; ut eò ad lavandum tres ſimul ingredi queant. In palatio medio gigantis alicujus coſta quædam dependet, quæ longitudine ſpithamas novem, latitudine duas æquat. Is fuit rex giganteus unus ex antiquiſſimis illis, cujus nomen Abcamaz: nam ita ſculptum erat in quodã ſepul-

chri

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 B 16

chri lapide, ubi addebatur,
per totum orbẽ regnaſſe.
Hic tria ferme Iſraëlitarum
millia, in quibus erant di-
verſi ſapientiæ ſtudioſi &
divites: ibidem Caput ſe-
natus terræ Iſraëliticæ, cu-
jus nomen D. Ezra, ejuſque
frater Sarſchalom Princeps
ſenatus, D. Joſephus in ſe-
natu quintúm locum obti-
nens, D. Matſliah ordinis
præfectus & Concionator,
D. Meïr ſapientum decus,
D. Joſephus petra admi-
randa ſive fundamentum
conſultantium in ſenatu,
Doctor Heman Paſtor ac
denique Doctor Tſaddik
Medicus. Karaïtæ, ſive qui
 ſoli
Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 B 16

ſoli Scripturæ ſacræ adhærent, iſtic ferme ducenti; Samaritani vero quadringenti: hi pacem quidem colunt; ſed inter ſe connubia non jungunt. Iſtinc unius diei itinere diſtat Galaad, quæ Gilead olim: ubi ſexaginta ferme Iſraëlitæ (quorum primas Doctor Tſadoc.) loco vivunt amplo, qui aquarum rivis, hortis ac pomariis abundat. Unde dimidiato die Salcatham, ſive Salecam profectus; poſtea eodem temporis ſpatio veni Baal-becum: quæ quondam Baalath dicebatur, à Salomone in Libani valle in filiæ Pharaonis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 B 16

raonis gratiam condita, vel reſtaurata. Palatium maximis lapidibus, quorum longitudo viginti ſpithamas; latitudo duodecim æquat, conſtructum eſt: ita tamen ut lapides nulla re cohæreant; ideoq; vulgò ferunt, ſolius Aſmodæi opera iſtud ædificium ſtructum fuiſſe. Ante civitatem fons magnus ſcaturiens, mediam perlabitur inſtar magni fluvii: cui in ipſa civitate molæ, horti, & pomaria adjacent. Tadmor etiam in deſerto: quam urbem Salomon pariter magnis lapidibus condidit, quæque muro cingitur. In deſerto ſita,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 B 16

procul ab inhabitata regione abeſt, & à cõmemorata Baalath quatuor dierũ itinere. In ipſa urbe duo fere reperiuntur Judæorũ millia, fortes bello, qui cum Chriſtianis & Arabibus, qui imperio Nor-Aldini parẽt, bellum gerunt; & vicinis ſuis ſc. Iiſmaëlitis ſuppetias ferunt: habentque ſibi præfectos Doctorem Iſaacum Græcum, D. Nathanem & D. Ouzielem laudatæ memoriæ. Quum hinc dimidiato die Kirjathin ſive Kirjathajim profectus, nullum ibi Judæum, uno tinctore excepto, reperiſſem; unius diei itinere Hamam

veni.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 B 16

veni. Hæc Hamath olim dicta ripæ Jaboki imminet, ſub ipſo monte Libano. Tunc temporis magno terræ motu in iſta civitate uno die periere quindecim hominum millia, uno inquam die: adeo ut ſeptuaginta tantum remanerent; quorum primarii D. Oula ſacerdos, ſenex Abou-Algaleb, & Muchtar. Hinc dimidiato die Schiham, olim Hatſor dictam; indeq; tribus paraſangis Lamdin profectus fui; & poſtea bidui itinere Habebum, ſive Aram Tſobæ. Hæc eſt regia regis Nor-Aldini, in cujus medio palatium habet al-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 B 16

tiſſimo muro cinctũ. Nullus in civitate fons aut fluvius; ſed imbres bibuntur, quos ſinguli in ædibus ſuis ciſterna Algub vocata excipiunt. Hic mille & quingenti ferme Iſraëlitæ: quorum capita Doctor Moſes Conſtantinopolitanus, D. Iſraël & D. Seth. Hinc ad Balits bidui iter eſt, quæ aliàs Pethora dicta fuit, in Euphratis ripa: ubi etiam hodie viſitur turris Bileami filii Beoris, (putreſcat impiorum nomen) quam ea ratione ædificavit, quæ diei horis reſpondeat. In eadem civitate juſtus aliquis Judæorum numerus habitat.

Hinc

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 B 16

Hinc dimidiato die Kala-Gaberum ſive Sela-Midbaram profectus ſum: quam Arabes retinuerunt, quum Turcæ ipſorum regionem occuparent, eoſque in deſerta abigerẽt. Ibi duo ferme Judæorum millia; quorum primates D. Tſedekias, D. Hija & D. Salomon. Inde Rakiam uno die profectus fui, quæ olim Calne dicebatur ad Meſopotamiæ ingreſſum condita, Turcarum regnum à Meſopotamia diſtinguens. ubi ſeptingenti circiter Judæi; quorum primates D. Zachæus, & Doctor Nadib omnium celeberrimus, nec

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 B 16

non D. Joſephus. Ibidem ſynagoga ab Ezra ſcriba, quum è Babylonia Hieroſolyma aſcenderet, condita fuit. Hinc itinere bidui Hananem antiquam veni: ubi viginti ferme Judæi, & conſimiliter quædam Ezræ ſynagoga. Quo vero loco ædes Abrahami patris noſtri quondam fuere, nullum extat ædificium: eumque Muhammedani religioſè colentes, precandi cauſa frequentant. Duobus hinc itineribus erumpit flumen Alcabor, id eſt, Habor, inque Mediam tendens in montem Gozen incidit: ubi ducenti ferme

Ju-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 B 16

Judæi. Inde itinere bidui Netſibin veni, civitatẽ magnam fluviiſque abundantem: quæ mille circiter Judæos habet. Ulterius biduo profectus fui ad civitatem, cui nomen erat inſula filii Omaris in medio flumine Tigridis conditæ, ad radices montium Ararat. Quatuor milliaribus ab eo loco diſtat, ubi Noachi arca quievit: ſed Omar Alcitabi filius arcam è cacumine duplicis montis deſumpſit, atque inde Muhammedanorum ſynagogã ſive templum ſtruxit. Non procul ab arca etiamnum exſtat Ezræ ſcribæ ſynagoga quędam:

dam:

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 B 16

dam: quò Judæi feſtis diebus è vicina civitate ad precandũ conveniunt. In iſta civitate, ſcilicet Inſula Omaris filii Alcitabi, Judæi ferme ſunt quater mille: quorum primates D. Mubchar, D. Joſeph & D. Hajim. Hinc biduo profectus ſum Almozalem, id eſt, Aſſchurem magnam: in qua ſeptem Judæorum millia, quorum primores D. Zachæus princeps è Davidis regis proſapia, D. Joſeph cognomento Berhen Alphelec, id eſt, aſtronomus, qui regi Zin-Aldino Nor-Aldini Damaſcenorum regis fratri à ſacris erat. Iſta

civi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 B 16

ivitas, jam inde à diebus priſcis maxima, Perſidis initium eſt, ad Tigrin flumen ſita: inter quam & Niniven pons tantū intercedit. Hæc devaſtata eſt: attamē multos pagos & arces habet. A Ninive Arbeelem uſq; una eſt paraſanga. Ninive autē Tigridis ripæ imminet. Aſſchoure vero tres ſynagogę viſuntur, Obadiæ, Ionæ filii Amittæi, & Nahumi Elkoſchæi. Hinc tridui itinere profectus ſum Rahabam antiquitus Rohoboth: quæ ad Euphratis ripam ſita à bis mille Judæis inhabitatur; quorum primarii D. Hizkija, D. Ehud,

&

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 B 16

& D.Iſaac. Urbs muro cincta, pulcherrima, magna & munita, circumcirca hortis & pomariis ornatur. Inde uno die Karkeſiam (quæ olim Carcemis dicebatur) deveni. Euphratis ripæ imminet : & quingentos ferme Judæos habet, quorum primarii ſunt D. Iſaac & D. Alhanan. Hinc duobus itineribus diſtat Aljobar, quæ eadem cum Pombeditha in Nehardea : ubi duo ferme Judæorum millia; in quibus ſunt ſapientiæ ſtudioſi, quorũ anteſignani Magiſter Hen, Doctor Moſes & D. Eliakim. Hic ſepulchrum magiſtri Judæ
&

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 B 16

& Doctoris Samuelis;atque
nte unumquodq; propria
ynagoga , quam quiſque
nte obitum ſtruxerat:prę-
erea ſepulchrum D.Baſte-
næi Principis qui fuit caput
xulũ, Doctoris Nathanis
&D.Nahmanis filii Paphæ.
nde Hardam uſque quin-
que ſunt itinera: ubi quin-
decim ferme Judæorum
millia; quorũ primores D.
Zaken,D.Joſeph & D.Na-
thaneel. Hinc profectus,
biduo poſt venī Okberam;
quam civitatem Jeconias
rex Judæorum condidit:in
qua decem ferme Judæo-
rum millia ; quorum pri-
mates D. Joſua & D. Na-
than.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 B 16

than. Hinc eodem temporis ſpatio Bagdadum veni, civitatem maximam: quæ metropolis eſt imperii Caliphæ præfecti credentium Abaſidæ, qui ex ipſorum Prophetæ familia genus ducit. Hic Muhammedanorum religionis antiſtes eſt, ipſique omnes Muham. reges faſces ſubmittunt: iis enim eodem modo preeſt, quo Papa Chriſtianis. Bagdadi palatium habet, quod tria patet milliaria: in cujus medio ſylva magna eſt, omnibus arborũ cum fructiferarum, tum ſterilium generibus quæ in orbe reperiuntur, inſtructa; quin
etiam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 B 16

tiam omnibus ferarum
eneribus. In media ſylva
eceptaculum eſt aquarũ,
uæ è Tigri flumine deri-
antur. Quum exſpatiari &
: oblectare ac convivari
ibi deſiderat, aucupio a-
es ipſi parantur, ſimiliter
eræ & piſces venatione
c piſcatione; ipſe deinde
alatium ſuum ingreditur
um conſiliariis & princi-
ibus ſuis. Nomen magni
ſtius regis eſt Abaſides Ah-
ned. impenſe amat Iſraë-
itas, quorum plurimi ipſi
miniſtrant: omnes callet
inguas, legiſque Moſaicæ
peritus eſt, ac ſanctum idio-
na non ſolum legit, ſed
etiam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 B 16

etiam ſcribendo exprimit. Nulla re quam manuum ſuarum labore parta frui cupit: ſtoreas enim conficit, quas ſigillo ſuo ſignatas per principes ſuos in foro divendit, eaſque viri ſummi emunt; atq; ex hoc pretio edit ac bibit. Vir bonus eſt ac fidelis, & obvios quoſque ſalute impertit. Iſmaëlitis tamen eum videre non datur. Peregrini verò qui è longinquis regionibus Meccã in regionemElyman tendunt, eum adire allaborant, & è palatio eum inclamant; Domine noſter, Iiſmaëlitarum lux & legis noſtræ lumen,

oſten-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 B 16

ſtende nobis vultus tui
lendorem : ſed ipſe eorũ
erba ſuſque deque habet.
Deinde principes & ſervi
ui ei miniſtrant acceden-
es inquiunt ; Domine no-
ter, ſalute tua eos imperti,
ui è remota regione ac-
edentes, ad umbram de-
coris tui ſe recipere ge-
tiunt. Tum is ſublatam
veſtis ſuæ alam è feneſtra
demittit,quam accedentes
peregrini oſculantur.Dein-
de ad eos Principum non-
nemo ; Abite cum ſalute:
jam enim vobis propitius
ſalutem impertitus eſt do-
minus noſter lux Iiſmaëli-
tarum. Eumque Prophetæ
ſuo

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 B 16

ſuo parem cenſent; & domum redeunt læti, propter ſermonem quem habebat ille Princeps, dum ſalutem impertitam diceret. Omnes etiam fratres totaque familia veſtẽ ejus deoſculatur: habentque ſinguli ſua palatia in ipſius palatio; ſed catenis ferreis vincti in ſingulis ædibus cuſtodes habent, qui ne adverſus maximum regem inſurgant attendunt. Factum enim aliquãdo ut fratres adverſus eum rebellarent; & ex ſe quendam crearent regem: quapropter decretum de omnibus ejus conſanguineis factum fuit, ut catenis fer-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 B 16

ferreis conſtringerentur, ne in maximum regem inſurgerent. Singuli tamen in ſuis palatiis admodum ſplendidè vivunt, & pagos ac civitates imperio ſuo ſubjectas habent, quarum præfecti ipſis tributa ſolvunt: itaq; edunt, bibunt, ac lætantur omnibus vitæ ſuæ diebus. Cæterum in illo maximi regis palatio magna ſunt ædificia cum argenteis ac aureis columnis, conclavibus atque omnibus gemmarũ generibus: unde nonniſi ſemel quotannis prodire ſolet, idque feſto Ramadan, ut ipſi vocant. Hoc die è remotis locis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 B 16

cis ejus videndi cauſa confluunt: quum ipſe in mula equitat veſtibus regiis ex auro argentoque confectis indutus, cidarim in capite geſtans gemmis inæſtimabilis pretii ornatam; cui nigrum ſudarium incumbit ad teſtandam convenientem huic mundo modeſtiam: ac ſi diceretur, videtis totam hanc gloriam; ſed mortis tempore eam occupabunt tenebræ. Et eum comitãtur omnes Muhammedanorũ duces elegantibus veſtibus induti, equiſq; inſidẽtes, Principes Arabiæ, Mediæ, Perſidis & regionis Touboth trimeſtri itinere ab

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 B 16

Ab Arabia remotæ. Ita à palatio ſuo incedit uſque ad oratorium , quod proximùm Botſræ portam maximum eſt. Quicunq; cum ipſo incedunt viri ac mulieres , veſtitu ſericeo ac purpureo induuntur. Invenias per omnes plateas ac fora, quovis muſicę genere cantantes & ſaltantes coram rege maximo , quem Calipham vocant. Eumque alta voce ſalutantes, acclamāt, Bene ſit tibi, domine noſter Rex ; ipſe verò veſtem ſuam oſculatur, quam manu prehendens ſalutem viciſſim denotat : & hoc modo ad precū atrium pergit,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 B 16

git. Ubi conſcenſo ſugge-
ſtu ligneo illis legem ſuam
enarrat: aſſurgentes autem
Iiſmaëlitarũ ſapientes pro
eo precantur, ſummaq; ejus
majeſtate & pietate com-
memorata eum dimittunt,
reliquiq; omnes Amen ac-
cinunt. Poſtea ipſis benedi-
cit, & adductum ſibi came-
lum mactat: atque hoc eo-
rum Paſcha eſt. Portiones
principibus diſtribuit; qui
avidè ab ipſo arripiunt, ut
victimæ manu ſancti ſui re-
gis mactatæ aliquid degu-
ſtent: quo lætantur. Dein-
de ex oratorio diſcedit: &
in Tigris fluminis ripa ad
palatium ſuum uſque ſolus
ambu-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 B 16

mbulat; dum Muhamm. nagnates in ipſo flumine avibus in ejus conſpectu ehuntur, donec is ſuum alatium ingrediatur. Ea-em autem qua venit via, on redit: & viam ſecun-um fluminis ripam toto nno cuſtodiunt, ne quis il-ac hominum tranſeat, ſcil. per veſtigia plantæ pedum llius. Deinde toto anno, è palatio ſuo non egreditur nquam: vir ſanctus & pius. Ultra flumen etiam pala-tium ſtruxit in ripa cujuſ-dã brachii Euphratis, fluen-tis ab altera civitatis par-te: ubi magnas domos ædi-ficavit, porticus & hoſpitia

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 B 16

in uſum pauperum ægrotantium, qui eò ut curentur ſe conferre ſolent. Hic ſexaginta fere ſunt tabernę medicinales, quibus ex aula regia de aromatibus aliiſque neceſſariis proſpicitur. Quicunque illuc ægroti veniunt, ſumptibus regiis donec convaleſcant aluntur. Ibidem magnum eſt ædificium, cui nomen Dar Almeraphtan, id eſt, habitaculum clementiæ: quo omnes furioſos æſtate inventos concludunt, ſingulos compedibus ferreis vinctos. donec ad mentem redeant, ibi eos relinquunt; tum ſinguli domum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 B 16

ſuam redeunt. Singulis enim menſibus regii præfecti in eos inquirunt, & ſi mens reſtituta ſit dimittuntur, ut ad ſuos redeant. Hæc omnia facit, ut miſericordiam exerceat in omnes, qui Bagdadum ingreſſi vel ægroti vel furioſi deprehenduntur: rex enim pius eſt, atque bona intentione id facit. Cæterum, Bagdadi mille ferme Judæi degunt, qui tranquillitate ac quiete fruuntur, imo gloria magna, ſub maximi regis imperio: inter quos etiam ſapientiſſimi ſunt & conſeſſuum primores in lege Moſaica occupati. De-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 B 16

cem in iſta civitate ſunt conſeſſus ſive ſynedria: & ſummi ſynedrii caput, M. Doctor Samuel filius Eli, caput inquam eminentiſſimi ſynedrii; Præfectus Levitarum eſt ſecundi caput; D. Daniel tertii ſynedrii præſes eſt; D. Eleazar Socius (ſc. D. magni vel Scholaſticus) præſes quarti ſynedrii; D. Eleazar filius Tſemah ordinis procurator, cujus genealogia ad beatum Samuelem Prophetã reducitur (is ejuſq; fratres cantica modulari norunt, quemadmodũ muſici cum ſanctuarium etiamnũ ſtaret modulabantur) caput ſive

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 B 16

ſive præſes eſt quinti ſyne-
drii; Doctor Haſdija Scho-
laſticorũ decus, ſexti ſyne-
drii; D. Haggæus Princeps,
ſeptimi; Doctor Ezra, octa-
vi; Doctor Abraham appel-
latus Abou Tahir (id eſt,
pater ſanctus) noni ſyne-
drii caput; denique D. Za-
chæus filius Buſtanæi ge-
neralis ipſorum quæſtor,
præſes eſt decimi ſynedrii.
Hi ocioſi dicuntur: quia
non occupantur ulla in re,
niſi in neceſſariis populi
negotiis. Atque omnibus
iſtius regionis Judæis jus di-
cunt, ſingulis diebus ſepti-
manæ, excepto die ſecun-
do: quum omnes conve-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 B 16

niunt ad M. Samuelem ca-
put ſynedrii, quod ab emi-
nentia Jacobi, nomen ha-
bet; ipſeq; cum decem illis
ocioſis, ſynedriorum capi-
tibus, præſto eſt, ut omni-
bus promiſcue accedenti-
bus jus dicat. Omnibus au-
tem iſtis præeſt D. Daniel
filius Haſdai, qui exulum
caput vocatur, item Do-
minus noſter; & genealo-
giam ſuam ad regem Da-
videm uſque ſcripto dedu-
cere poteſt. Hic ergo à Ju-
dæis vocatur, Dominus no-
ſter, exulum caput; à Mu-
hammedanis autem, Do-
minus noſter filius Davidis.
Latiſſimum habet domi-
nium

nium in omnes Iiſraëlitarum cœtus, ſub imperio Principis fidelium, ſive Muhammedanorum Domini. s enim hujuſmodi poſteritati ſuæ etiam mandavit; & confecto ſigillo dominium n omnes Iiſraëlitarũ cœtus, qui legibus ſuis tenentur, firmavit. Similiter omnibus Iiſmaëlitis & Judæis omnibuſque populis ſuo imperio ſubjectis præcepit, ut illi aſſurgant & ſalutem dicant: qui verò illi aſſurgere denegaverit, cẽtum plagis luat. Quoties autem magnum regem ſalutatum procedit, eum equites comitantur cum ex

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 B 16

Gentibus, tum ex Judæis; & Præfecti acclamant, Parate viam Domino noſtro filio Davidis, quemadmodum eum decet: nā lingua ſua dicunt, Omulou tarik leſejidina ben Davvoud. Ipſe equo vehitur veſtibus ſericeis phrygionici operis indutus, capite obvoluto cidari magna, cui impoſitum magnum albumq; ſudarium torque cingitur. Porro omnes cœtus Babyloniæ, Perſidis, Choreſanis & Schebæ, (quæ & Aliman dicitur) nec nō Diar-bech, totiuſq; Syriæ interamnis, item regionis Kot (cujus incolæ montes Ararat inhabi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 B 16

abitant) & Alaniæ (quæ
egio montibus cingitur,
ec ullum exitum habet
ræter portas ferreas, quas
Alexander fixit; ubi po-
ulus degit qui Alan dici-
ur:) præterea cœtus Sice-
iæ, totiuſque Turciæ uſq;
d Aſnæ montes, item re-
gionis Gergenorum uſque
d flumen Gihon (in qua
Gergeſæi ſive Georgiani
habitant, religione Chri-
ſtiana imbuti) imo uſque
ad clauſtra provinciarum
& regionum præſtantiſſi-
marum, ad ipſam Indiam
uſque: hi omnes Iſraëlita-
rum cœtus ab exulum ca-
pite poteſtatem accipiunt,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 B 16

ſibi in ſingulis congregationibus Profeſſorem & Concionatorem prębficiendi. Nam ipſum conveniunt ut manuum impoſitione poteſtatem accipiant; & ab ultimis finibus dona & munera deferunt. Hic idẽ Babyl. hoſpitia, hortos & pomaria habet, plurimaq; prędia à majoribus hæreditate accepta: nec ulli quicquam ab ipſo vi auferre integrum eſt. Habet etiam hoſpitia Iudæis deſtinata: & in nundinis ac inter mercatores certum quotannis ipſi aſſignatur tributum, præter id quod è remotis regionibus ei defertur. Dives igitur
eſt,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 B 16

eſt, & potẽs, in ſacris literis & Talmude etiam verſatus: in cujus menſa quotidie aluntur Iiſraëlitæ plurimi. Cȩterum quo tempore exulum caput creare ſolent, ingentem pecuniæ vim cũ regi, tum principibus & magiſtratibus erogat: idque eo die quo ipſi Rex manuum impoſitione poteſtatem confert. Tum in curru regis ſecundario collocatũ, ab aula Regis magni domum propriam cum tympanis ac fiſtulis deducunt: ubi deinde Academicis manum imponit. Judæi iſtius civitatis ſunt ſapientiæ ſtudioſi, ac ditiſſimi. Et

Bag-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 B 16

Bagdadi viginti octo ſunt ſynagogæ Iudæorum, cum in ipſa civitate, tum in Alpherec ſive ſuburbiis trans Tigrin: nam flumen civitatem ſecat. Viſitur etiam magna ſynagoga capitis exulum, conſtructa columnis marmoreis omnium colorum, quæ auro & argento ſunt obductę: in ipſis columnis commata quædam pſalmorum aureis literis expreſſa ſunt. Ibi ante librorum ſacrorum thecã, decem gradus è marmore conſtant: in quorum ſupremo exulum caput cum familiæ Davidicę principibus conſidet. In provincia Bag-
dadi

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 B 16

adi civitas eſt tria patens
nilliaria in circuitu. Regio
balmetis, hortis & pomariis
lives, adeo ut in tota Ba-
bylonia ei nulla par ſit.
Eò ad negotiationem ex
omnibus regionibus con-
fluunt: habetque viros ſa-
pientes & philoſophos o-
mnium ſcientiarum gna-
ros, magos & cujuſvis ve-
neficii peritos. Hinc Ge-
hiagan bidui itinere diſtat,
quæ eſt Reſen magna illa
civitas: in qua ferme quin-
quies mille Iiſraëlitæ, &
magna ſynagoga. Ibi ſe-
pultus N. loco ſynagogæ
proximo: & infra ejus ſe-
pulchrum ſpelunca, qua
duo-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 B 16

duodecim ex ipſius diſcipulis humati ſunt. Inde Babel unico itinere diſtat: hęc eſt antiqua illa Babel jam devaſtata; quæ plateis ſuis ad triginta milliaria extendebatur. Ubi etiamnum vaſtatum Nebucadneſaris palatium viſitur. eóque homines ingredi verentur, propter ſerpentes & ſcorpiones locum occupantes. Viginti inde milliaribus habitant vicies mille Iiſraëlitæ, qui preces concipiunt cum in ſynagogis, tum in ὑπερῴῳ ſive ſuperiori illo beati Danielis antiquo ædificio, quod ipſe ſtruxit. Lapidibus cæſis & lateribus
con-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 B 16

onſtructum eſt ; ſicuti &
nagoga ac palatium Ne-
ıcadneſaris, nec non for-
ıx ignis ardẽtis, quò inje-
i olim Ananias, Miſchaël
Azarıas. atque iſta vallis
ınctis nota eſt. Inde Hila
uinque milliaribus abeſt:
bi decem pene Iiſraëlita-
ım millia , cum quatuor
ynagogis:quarum una fuit
Doctoris Meïr , qui ante
am ſepultus eſt cum M.
Ceïri filio Hamæ & M.Ma-
i. Atque hic Judæi quoti-
lie precantur. Hinc ad tur-
im, quam illud ædificavit
eculum quo linguæ diviſæ
unt , quatuor ſunt millia-
ria: lateribus quos Lagour
vo-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 B 16

vocant conſtructa eſt, & fundamenti longitudo ad duo circiter milliaria extenditur; latitudo turris ducentis quadraginta cubitis finitur, & longitudo centum cannis. Inter dena cubita viæ erāt, quibus in gyrum aſcendebant, & ad ſuprema uſque orbiculariter tendebant: unde proſpectus ad viginti pertingebat milliaria, quia regio latiſſima eſt ac plana. Sed hoc ædificium cœlitus igni tactum fuit, qui ad ima uſque omnia diffregit. Inde dimidiato itinere Naphham devenitur: ubi ducenti ferme Judæi, & ſynagoga D.

Iſaaci

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 B 16

ſaaci Naphhæi, qui ante
am ſepultus eſt. Hinc tres
araſangæ numerantur ad
eati Ezechielis Prophetæ
ynagogam in ripa Euphra-
is: ubi è regione ſynagogæ
exaginta turres ſunt, &
nter ſingulas eſt ſynago-
ga. In illius atrio librorum
ſacrorum theca eſt; & poſt
ſynagogam Ezechielis filii
Buzi ſacerdotis ſepulchrũ:
cui magna pulcherrimique
operis teſtudo impendet,
quam conſtruxit Jechonias
Judæorũ rex cum triginta
quinque Judæorũ millibus
qui eum ſequebantur, cum
ab Evil-Merodacho è car-
cere dimiſſus eſſet. Hic lo-
cus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 B 16

cus una ſui parte flumen Chobar reſpicit;altera verò Euphratem. Cæterũ Iechonias omneſq; qui eum comitati ſunt, in pariete ſculpti viſuntur: Jechonias primo loco; Ezechiel, ultimo. Is locus ad hunc uſq; diem quadamtenus ſanctuarium eſt: huc enim è locis remotiſſimis precandi cauſa cõfluunt, inde ab anni initio ad feſtum expiationis uſque; magnaq; gaudia agitant. Quin etiam exulum caput & ſynedriorum præſides Bagdado huc profecti, per agros ad duodecim uſque milliaria tentoria diſponunt: & eódem mercatores

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 B 16

res Arabes veniunt; ma-
nuſq; eſt confluxus, quem
undinarũ voce denotare
olent. Ibi productum ma-
num librum, quem Eze-
hiel Propheta ſua ſcripſit
manu, legunt expiatio-
is die. Super Ezechielis ſe-
ulchro die nocteque ardet
ampas, inde ab eo tempo-
e quo eam ipſe accendit:
& hactenus ellychnia iden-
idem mutant, oleumque
addunt, qui eum ſequuti
ſunt. Ibidem ſancta quæ-
dam magnaque domus li-
bris plena, ubi etiam cum
è prima, tum è ſecunda æde
libri ſervantur: & quicun-
que liberis carent, illic li-
bros

bros ſuos conſecrant. Iudæ etiam, qui eò ad preces Perſia & Media cōveniunt pro ſe regionum iſtarum incolis, vota ad Ezechieli Prophetæ ſynagogam deferunt. Quinetiam magnatum inter Muhammedanos filii eò ad precandum veniunt, ob ardentem beati Ezechielis Prophetæ amorem: locumque vocant habitaculum elegantiæ vel pulchrum. Eo omnes Arabes ad preces congregantur. Inde non amplius dimidiato milliari diſtant Ananiæ, Miſchaëlis & Azariæ ſepulchra cum ſuo unumquodq; magno fornice.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 B 16

ce. Belli autem tempore
mo in toto orbe, præ re-
rentia beati Ezechielis,
ca iſta ad lædendum
ngere audet; tam inter
uhammedanos, quam
ter Judæos. Inde tribus
illiaribus diſtat civitas
lkotſonath: ubi trecenti
rciter Judæi, & ſepulchrā
agiſtri Paphæ, M. Hounæ,
: Doctoris Joſephi Sinæi
c M. Joſephi filii Hamæ.
nte ſingula ſynagogæ,
uò Iiſraëlitæ quotidie ad
reces conveniunt. Hinc
in-Siphta tribus paraſan-
gis diſſita eſt: & hic beati
Prophetæ Nahumi Alko-
ſchæi ſepulchrum viſitur.
Inde

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 B 16

Inde ad pagũ Lephras die iter eſt: ubi ſepulchra Doctoris Haſdai, D. Akibæ, & D.Douſæ. Unde dimidiato itinere ad Pagum-deſert profectus, ibi Doctorem Davidem, D. Judam, & D. Kobriam deprehendi, cum D. Sehora & D. Aba. Inde uno die ad Ligam fluvium; ubi erat ſepulchrum beati regis Tſedekiæ, quod magno fornice tegebatur: & eodem ſpatio Kupham veni: in qua civitate magnificè ſtructum eſt Jechoniæ regis ſepulchrum, cui è regione objacet ſynagoga, quam ſeptem ferme Judęorum millia frequentant.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 B 16

nt.Hinc ſeſquidiei itine- diſtat Suria: hæc eſt illa vitas Mahaſia, quam ini- o incolebant exulum ca- ta & ſynedriorum Præſi- s; inter quos D.Scherira, octor noſter Hai ipſius ius, Doctor noſter Saa- as Orator, Magiſter Sa- uel filius Hophni Sacer- os,& Tſephanias f.Cuſchi lii Gedaljæ Prophetæ, a- iq; multi exulum præfe- ti familiæ Davidicæ Prin- ipes, & ſynedriorum ca- ita, quæ initio illic ante aſtationem fuere. Inde chephithib uſq; bidui iter eſt: ibi exſtat ſynagoga, quam Iſraëlitæ ex Hiero- ſoly-

ſolymitana terra & lapidibus conſtructam vocarunt Schephithib in Nehardea. Hinc ſequidie Elnebarum veni: quæ etiam Poum-beditha dicitur, ſita in Euphratis ripa; in qua tria ferme Iiſraëlitarū millia, cum ſynagoga Rabi & Samuelis, eorumque ſcholis, quibus è regione ipſorum ſepulchra objacent. Inde itinere facto per deſertum regionis Schebæ, quæ vocatur regio Eliman, emensâ ad ſeptentrionale Babyloniæ latus via unius & viginti dierum per deſerta, eò veni ubi Judæi habitāt, qui Rechabitæ dicuntur,

aliàs

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 B 16

liàs homines Themæ. Thema autẽ eſt initium regni ipſorum, in qua magna civitate D. Annas Princeps in reliquos dominatur. Diſtrictus verò ditionis illorum inter montes ſeptentrionales ſedecim dierum itinere terminatur, & magnas munitaſque habet civitates: nulliuſque gentis imperio premuntur incolæ; ſed inſuper ut ſpolia & prædam auferant, remotas regiones adoriuntur, ipſos etiam vicinos Arabes, eoſque confederatos. Hi ſunt Arabes Scenitæ per regionis ſuæ deſerta habitantes: ædes enim non ha-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 B 16

bent; ſed ad ſpoliandum & prædandum ad regionem etiam Elman diſcurrunt. Porrò omnes Judæorum vicini ab iis ſibi admodum metuunt: ipſorũ verò multi agriculturam & pecuariam exercent, regionemque habent ampliſſimam. Hi Judæi omnium bonorum decimas largiuntur ſapientiæ ſtudioſis, qui jugiter in ſcholis reſident, & Iiſraëlitis pauperibus & devotis: qui Tſionẽ lugent & Hieroſolyma, qui nec carnem edunt, nec vinum bibunt, quique atrati in ſpeluncis vivunt, aut caſulis; & per totam vitam mœrent ſab-

bathis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 B 16

bathis & feſtis diebus ex-
ceptis, aſſiduè divinam mi-
ſericordiam pro Iſraëlita-
rum exulibus implorantes,
ut eorum propter nomen
ſuum maximum miſerea-
tur. Quinimo omnes Ju-
dæi Themæ incolæ & Ti-
rimaſis, ubi circiter centum
millia Judæorum degunt
(& Salmon Princeps, cujus
frater eſt Annas Princeps,
qui ſunt è progenie beati
regis Davidis; habent enim
librum genealogiæ, & ex-
tracta quæſtionum penes
Æchmalotarcham) diſciſ-
ſis veſtibus humilitatem
quotannis profitentur die-
bus quadraginta, pro om-

nibus Judæis qui in exilio vivunt. Ibi quadraginta ferme civitates, ducenti pagi, & caſtella centum. Thanai regionis metropolis eſt (in omnibus vero iſtis civitatibus trecenta circiter Judæorum millia) & civitas muris ampliſſimis cincta: utpote in qua ſementem & meſſem faciant, & in longitudinem quindecim pateat milliaria, totidemque in latitudinem. Hic Principis Salmonis palatium: civitaſque pulcherrima eſt, hortis & pomariis inſtructa. Tilimas ſimiliter urbs ampla centum circiter Judæorum habet millia: per

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 B 16

e munitiſſima, utpote in-
ter duos altos montes tu-
ta. Incolæ ſapientes & pru-
dentes, inter quos multi
divites. A Tilimaſe tribus
diebus Cebarē devenitur.
Vulgò hic eſſe tribum Ru-
benis, Gadis, & dimidiam
Manaſſis tribum ferunt:
quas Schalmaneſer Aſſyriæ
rex captivas duxerit. Hos
Iſraëlitas huc profectos
magnas iſtas munitaſq; ci-
vitates condidiſſe ajunt, &
cum omnibus regnis bella
gerere; nec ad eos accede-
re poſſe quenquam: nimi-
rum quum per deſerta &
ſolitudines octodecim die-
rum iter ſuperandum ſit,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 B 16

neminẽ eò penetrare poſſe. Cæterum Cebar maxima civitas quinquaginta ferme Iiſraëlitarum millia habet: & in his cum ſapientiæ ſtudioſos, tum viros fortes qui acie decertant cum Babyloniæ incolis, & regione ſeptentrionali, nec non vicinis Elymanitis. Hîc Indiarum eſt initium. Ab Iſraëlitarum autem regione ad Viram flumen, quod regionem Elymanis interfluit, viginti quinque dierum iter eſt: atque hic tria fere Iſraëlitarum millia. Iſtinc ſeptem diebus Naſetum veni, & viginti circiter Iiſraëlitarum millia

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 B 16

lia reperi, inter quos erat Magiſter Nedajan. Hinc iterum diebus quinq; Botſram, in qua ad Tigris ripam ſita duo ferme Iſraëlitarum millia: quorũ plurimi ſapientiæ ſtudioſi ac divites. Vnde bidui iter eſt ad Samuram flumen, regni Perſiæ initium: ubi mille ferme & quingenti Judæi, & ſepulchrum Ezræ ſcribæ ac ſacerdotis, qui Hieroſolymis ad Artaxerxem regem profectus, ibi diem obiit. Ante cujus ſepulchrũ magna ſynagoga ædificata fuit: & ab altera parte Muhãmedani magno in ipſum amore oratorium conſtru-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 B 16

xere; Judæosque diligunt Muhammedani, qui ideo ad preces cõveniunt. Hinc ad Cuzeſtaan quatuor ſunt milliaria: hæc eſt Elam magna illa provincia, quæ jam omnibus partibus non habitatur; ſed ex parte vaſtata eſt. In cujus ruinis eſt Schuſan metropolis, regis Aſſueri quondam regia: ubi magnum & elegans ædificium inde à priſcis diebus remanet. Hîc ſeptem Judæorum millia & quatuordecim ſynagogæ: quarum uni objacet beati Danielis ſepulchrum. Tigridis flumen civitatem ſecat in partes duas, quas pons inter-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 B 16

erjacet. ab hac parte, ubi udæi habitant, fora ſunt & commercia omnia, ad- eoque omnes divites com- morantur; ab altera verò parte pauperes, quia nulla fora aut commercia habẽt, nec hortis aut pomariis in- ſtructi ſunt. Atq; hinc tan- dem concepta invidia ita ſecum ſtatuebant, omnes has divitias totumq; ſplen- dorem illis nonniſi ex eo provenire, quod beatum Danielem Prophetam pe- nes ſe haberent ſepultum: quapropter ut in medio ſui Danielem ſepelire liceret, petierunt. Sed alteri id ipſis non permiſere, nec per-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 B 16

mittere voluere; ſed diu inter ſe geſſere bella: donec tandem inter defeſſos hac conditione tranſactũ fuit, ut Danielis loculus alternatim locum mutaret, & hoc anno ab hac fluminis parte, altero ab altera eſſet. Promiſſa ergo fecerunt, & utrique ab utraque parte conventis ſteterunt: donec eò tempore quodam accederet Senigar Saas filius Saæ, qui in omnes Perſidis reges, nempe quadraginta quinque qui ejus imperio parent (Arabicè vocatur, magnus Perſidis Imperator) imperium habet. Is eſt cujus dominium ab oſtio fluvii

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 B 16

uvii Somræ extenditur ad-
ſq; civitatem Semarchoth,
lumen Gozan, provinciam
Giſbor, totam ripam Go-
anis, urbes Mediæ, mon-
eſque Haphton, ut & alias
nſignes regiones, in quarũ
ylvis feræ reperiuntur, un-
le moſchus colligitur. In
umma, regnum ipſius ad
quatuor mẽſium quatuor-
que dierum iter extendi-
tur. Quum igitur Impera-
tor iſte magnus Senigar,
rex Perſidis huc veniſſet,
atque Danielis loculum de
loco in locum volutari ob-
ſervaret, & Judæos ac Iſ-
maëlitas confertumq; po-
pulum per pontem unà
ince-

incedere, quid rei eſſet, rogavit:& poſtquam ipſi omnia iſta enarraſſent, indecens eſſe pronunciavit, utDaniel ita contemtui haberetur; ſed dimetiemini, inquit, ſpatium utrimque æquale, & Danielis loculũ vitreo conditorio imponetis, quod de ponte ferreis catenis ſuſpendetis in medio. Præcepit etiam ut eodem loco magnam quandam ſynagogæ ſtructuram ædificarent, quibuſvis è toto orbe accedentibus: ut cuicunq; collibitum eſſet, eam ingreſſus preces funderet, ſive Judæus ſive peregrinus. Ad hunc uſq; diem Da-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 B 16

anielis loculus è ponte
ependet.Interdixit etiam
ex ne quis ullibi in flumi-
e piſcationem intra mil-
are ſive ſuperiori ſive in-
eriori ſpatio exerceret,id-
que in Danielis honorem.
Inde tribus diebus deveni-
ur Robad-bar: ubi viginti
circiter Iſraëlitarũ millia,
n quibus diverſi ſapientiæ
ſtudioſi & divites; ſed ſub
captivitatis jugo habitant.
Hinc bidui iter eſt ad flu-
vium Vanath: atq; hic qua-
tuor fere Judæorum millia
ſunt.Inde quatridui iter eſt
in regionem Molhath: ubi
populi degunt, qui Mu-
hammedanorum doctrinæ
fidem

fidem non habent, & in magnis montibus habitāt, ſeniorem ſuæ regionis Alcaſchiſchin, quaſi ſenes dicas, appellantes. Inter ipſos quatuor Iſraëlitarum cœtus degunt: qui cum iis non ſolum habitant; ſed etiam in prœlium proficiſcuntur. Perſarum regis jugo non ſubſunt: nam in altis montibus domicilia habent, & cum ad ſpoliandum & prędandum deſcenderunt, in montes denuò aſcendunt; nec quiſquam cum ipſis bellum gerere poteſt. Qui inter hos ex Judæis habitant, ſunt ſapientiæ ſtudioſi, & imperio parent capi-
tis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 B 16

is exulum qui Babylone
regit. Hinc quinq; dierum
itinere Ariam devenitur,
quæ viginti quinque fermè
Iſraëlitarum millia habet:
eſtq; initium iſtorum cœ-
tuum, qui in montibus
Haphton habitant; hic e-
nim pluſquam centum Iſ-
raëlitarum cœtus commo-
rãtur (eſt Mediæ initium.)
Iſti prima captivitate à re-
ge Schalmaneſere abdu-
cti fuere, & Chaldaïcè lo-
quuntur: inter quos et-
iam ſapientiæ ſtudioſi. Ab
Amaria diei unius itinere
diſſiti, habitacula ad Perſi-
dis regnum extendunt: &
huic regi parent, qui ab iis
per

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 B 16

per ſuum præfectum tributum etiam exigit. Tributum, quod in toto Muhammedanorũ regno pro ſingulis maribus decimo quinto anno majoribus pendũt, hoc inquam tributũ eſt annuus aureus imperatorius, qui aureo ſeſquitertio Moravetino æſtimatur. Iam decimus agitur annus, ex quo illic fuit vir quidam, cui nomen David Alroi, Amarienſis: qui diſcipulus fuerat principis exulum Haſdai, & principis ſyñedrii Eli qui Jacobi erat decus in civitate Bagdad; legis Moſaicæ, conſtitutionum & Talmudis peri-

tiſſi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 B 16

ſimus , imo omnium
xoticarum ſcientiarum &
guæ Arabum eorumque
ripturæ ; minime etiam
brorum magicorũ & ve-
eficorum ignarus. Huic
n mentem venit,ut in Per-
arum regem rebellaret,
Judæoſque in montibus
Haphton habitantes colli-
geret,& quaſvis gentes op-
pugnans expugnatum iret
Hieroſolyma. Judæis ergo
ſigna dabat in miraculis
falſis : quibus ſe à Deo ad
occupandumHieroſolyma
miſſum aſſerebat; atque ut
vos, inquiebat, à gentium
jugo ſubducam. Adeoque
Judæorum pars ipſi fidem
habuit:

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 B 16

habuit: hoc etiam impoſito nomine, Meſſias noſter. Id quum Perſarum rex intellexiſſet, eum ad colloquium accerſivit: & intrepide accedenti & congredienti quæſtionem propoſuit, An tu es Judæorum rex. Quod cum reſpondens affirmaſſet, eum rex propius accedens extemplò comprehendi & in carcerem abduci juſſit, nempe locum ubi regis captivi ad mortem uſque vincti detinentur in urbe Dabaſtan, in ripa maximi fluminis Gozã. Elapſo triduo, quum rex conſediſſet ut una cum principibus & miniſtris ſuis
de

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 B 16

de facto Judæorum deliberaret, qui adverſus regem rebellaverant, ecce David ille per ſe è carcere ſolutus, à nemine accepta venia accedit: atque regi ipſum intuenti & percunctanti, quis te huc adduxit, aut quis vincula tua ſolvit; reſpondet, ſapientia mea & ſolertia mea, quia nec te, nec ullos ſervos tuos metuo. Eveſtigiò inclamans rex eum capi juſſit: verum reſpondentes ſervi ſe eum non videre dixerunt; ſed eundem vocis tantum auditu percipere. Quum confeſtim rex ſapientiæ ipſius admiratione obſtupeſceret,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 B 16

ret, ita regem affatus eſt: Ecce ego viam meam inſiſto. Ita abeuntem rex ſequutus eſt, regemq; ſuum omnes principes & miniſtri pariter ſequuti: donec ipſis ad fluminis ripam accedentibus, David ille accepto ſudario & ſuper aquas extenſo tranſiret. Tũ omnes regis miniſtri eum ſuper ſudario ſuo per aquas tranſeuntem ſpectarunt: & lintribus inſequentes eum aſſequuti non ſunt, faſſi in toto orbe incantatorem nõ eſſe parem. Eodem die decem dierum emenſo itinere Amariam venit, idque virtute nominis expoſiti,
id

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 B 16

d eſt, Jehovæ: ibique eum
uæcunque ſibi accidiſſent
arrantem Judæi omnes
ropter ſapientiam demi-
ati ſunt, Poſtea hic Perſa-
um rex principem credẽ-
ium, Calipham Bagdadi
eſidentem, Muhammeda-
norum Imperatorem per
literas compellat, ut cum
capite exulum ſive capti-
vitatis principe & ſyne-
driorum capitibus agat,
quò David Al-roi ab hujuſ-
modi factis prohibeatur;
ſin minus, inquit, omnes
Judæos in toto regno meo
repertos interficiam. Itaq;
quum omnes cœtus Perſi-
dis in magna anguſtia ver-
ſaren-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 B 16

ſarentur, ad exulum principem & ſynedriorum capita qui Bagdadi habitabant, hujuſmodi literas dedere, Quare in conſpectu veſtro moriemur, cum nos, tum omnes hujus regni cœtus? prohibete virum iſtum, ne ſanguinem innoxium fundat. Quocirca in hanc ſententiam ſcripſit ipſi Æchmalotarcha & ſynedriorum præſides, Scito, redemptionis tempus nõdum adveniſſe, necdum ſigna noſtra à nobis conſpecta: nam inflato ſuo animo nemo prævalebit. Itaque jubemus, ut te cohibeas, quominus talia inpoſterũ mo-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 B 16

noliaris; quod ſi non pa-
eas, eſto excommunicatus
toto Iſraële. Has literas
veſtigio tranſmiſere: & ſi-
militer dedere literas ad
achæum principem, cu-
us in Aſſyria ſedes, & D.
oſephum Videntem (co-
nomine Burhan Al-Phe-
ec, id eſt, examen aſtro-
ogiæ) ibidem commo-
antem, ut Davidi Al-roi
iteras mitterent. Quapro-
ter addiderunt & ipſi lit-
eras, ſcilicet commemo-
ati iſti, Princeps & Videns,
it exhortarentur, & illũ ju-
ti ac æqui commoneface-
ent: ſed iſta omnia nõ ad-
miſit. Nec à via peſſima de-
ſtitit,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 B 16

ſtitit, donec exoreretur rex quidam, cui nomẽ Zin Al-din, Turcarum rex & Perſarum regis vaſallus: qui legatos miſit, ſoceri Davidis Al-roi cauſa, cui ſic munus decies mille aureorum tradidit, quò clanculum Davidem Al-roi occideret. Quod ille præſtitit, quum domũ illius ingreſſus, dormientem in lecto interficeret: ut hac ratione illius conſilium & ſolertiam irritam reddiderit. Attamen ira Perſarum regis in Judæos cum montanos iſtos, tum in ſua ditione habitantes concepta nondum deferbuerat. quod cum ipſi ani-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 B 16

nimadverterent, Æch-
nalotarcham accerſiverũt,
quò ſibi ad Perſidis regem
uxilio veniret. Quocirca
ipſum benigna oratio-
e & placidis verbis ag-
greſſus, placare ſtuduit:
nde & placatus fuit, cen-
um circiter aureis talentis
rius numeratis. Poſtea
ranquilla fuit regio, ſeda-
a jam Regis ira. A dicto
monte decem dierum iti-
nere Hemdanem venitur;
quæ eſt magna illa civitas
Media, toti provinciæ co-
gnominis: quam Iſraëlita-
rũ quinquaginta fere mil-
lia inhabitant. Hic ante ſy-
nagogam quandã humati
H fuere

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 B 16

fuere Mardochæus & Eſter. Inde quatuor dierum itinere diſtat Tabreztaan; ubi quatuor pene Judæorum millia ad Gozan fluvium. Hinc ſeptẽ diebus pervenitur ad civitatẽ Iſpahaan urbem illam magnam, regnique metropolin, quæ duodecim milliaria patet: ubi quindecim ferme Iſraëlitarum millia, & magiſter Sar-Schalom, cùm iſtis Æchmalotarchæ authoritate præfectus, tum omnibus totius Perſidis regni oppidis. Hinc quatuor diebus diſtat Schiphaaz, quæ eſt metropolis Perſiæ, regno cognominis: quam de-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 B 16

decem fere Judæorũ millia inhabitant. Inde ſeptem diebus Ginam veni, civitatem illam magnam in ripa Gozan conditam: ubi octo fere Iſraëlitarum millia. Hæc civitas emporium eſt, quò commerciorum cauſa ex omnibus gentium nationibus commeant: habetque ampliſſimã regionem. Hinc dierum quinque itinere diſtat Samarcant urbs magna, in regni confinio condita: in qua quinquaginta ferme Iſraëlitarum millia, quibus præfectus eſt Doctor Obadia Princeps, quorum etiam diverſi ſapientia & divitiis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 B 16

eminent. Inde quatriduo petitur Tuboth, civitas in cujus vicinis ſylvis moſchus invenitur. Unde viginti-octo dierum emenſo itinere ad montes Nisbon venitur, flumini Gozan imminentes. Ibi in Perſide ſcilicet, ſunt Iſraëlitarum quidam, qui ex illo loco ortum ducunt & affirmant, in urbibus Nisboris quatuor Iſraëlitarum tribus reſidere, tribum Danis, Zebulonis, Aſcheris, & Naphthali, captivam multitudinem primam quam Schalmaneſer Aſſyriæ rex abduxit. ſecundum illud, *Et abduxit eos in Lahlah & Habor*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 B 16

Habor montes Gozanis ac montes Mediæ. Illorum Iſmaëlitarũ regio ad viginti dierum iter protenſa civitates & caſtella in montibus habet, quæ ab uno latere Gozan flumen alluit: nec ullo gentium jugo premuntur; ſed Principi præpoſito parent, cui nomen Doctor Joſeph Præfectus ſummus Levita. Nõ deſtituuntur ſapientiæ ſtudioſis, iiſque qui ſementem & meſſem faciunt: & in prælium proficiſcuntur ad Æthiopum regionem, per deſerta iter facientes. Fœdere vero juncti ſunt cum Turciæ paganis, qui ven-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 B 16

tum colunt & deſerta inhabitant. Gens eſt quæ nec panem edit, nec vinum bibit; ſed carnem crudam qualis ex ſe eſt, non coctam vorat. homines omnes feri, quique naſi loco bina parva foramina habent, quibus ſpiritum ducunt: quolibet animali cum puro, tum impuro veſcuntur. Cæterum Iſraëlitas diligunt. jam xv agitur annus, ex quo in Perſidē magna manu profecti urbem Rai occuparunt, eamque internecione deleverunt; & omni abacta præda, deſerta repetiere. Multis autem abhinc annis, nihil ſimile

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 B 16

nile in tota Perſide viſum fuit. Eo audito, Perſarum rex in ipſos admodum excanduit, addens, Majorum meorũ temporibus ex illo deſerto nulla turba erupit: quocirca jam vadam & eorum nomen è terra delebo. Itaque nunciis per totum regnum miſſis, omnes copias ſuas collegit: & exploratorem quendam quęrenti, qui ubi caſtra illi haberent, oſtenderet; ibi repertus eſt quidam, qui regi promitteret, ſe ei locum illorum oſtenſurum: nam ex eorum, inquiebat, ſum numero. Cui rex divitias promiſit, ſi locum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 B 16

ſibi oſtenderet, & quæ dixerat præſtaret. Poſtea rex, quanto, inquit, commeatu ad inſtitutũ iter, magnumque deſertum ſuperandum egemus? Tum ille, Sumite panem & aquam in dies quindecim: non enim ulla edulia reperietis, donec ad illorum regionem perveneritis. Quo præſtito, per deſertum quindecim dierum emenſi iter nihil invenerunt; & præ manibus nonniſi perpauca edulia habebant: adeo ut homines quidã & jumenta, quæ ſecum duxerant, morerentur. Quapropter rex advocatum exploratorem rogat,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 B 16

rogat, Ubi jam verba tua, quibus nos de hoſtibus noſtris inveniendis ſecuros reddidiſti? Cui reſpondens, à via aberravi, inquit. Itaque accensâ irâ caput ejus amputari juſſit. & hoc per totum exercitũ mandatum promulgavit, Cuicunq; aliquid edulii ſupereſt quod communicari poſſit, cum ſocio ſuo partiatur. Tum comedentes quicquid præ manibus erat, ipſa etiam jumenta, per deſerta aliis tredecim diebus iter faciebant, donec ad montes Nisboris devenirent, ubi Judæi habitabant. Perſæ cum de die eò veniſ-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 B 16

ſent, in hortis & pomariis caſtrametabantur & juxta fontes, qui ſecundum Gozan flumen ſcaturiunt. Cum ergo fructus maturi eſſent, edebant & vaſtabant, nemine contra eos prodeunte: cæterũ in montibus multas civitates ac turres videbant. Itaque rex miniſtris duobus in mandatis dedit, ut profecti, quęnam gens in montibus degeret, rogarent; & quovis modo ad illos habitatores penetrarent, ſive navigando, ſive natando. Ibi magnum pontẽ invenerunt, in quo turres erant cum porta clauſa; & ante pon-

tem,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 B 16

tem, ſcilicet ab illa parte ulteriori, urbem magnam. Itaque à citeriori montis parte inclamarunt, donec quidã accederet, quidnam vellent, aut cui parerẽt rogitans: quem non intellexerunt, antequam interpres veniret; qui eorum linguæ peritus de ipſis percunctatus eſt. Cui in hæc verba reſponderunt, Subditi Perſarum regis ſumus, atque percunctatum venimus, quinam ſitis, cuique pareatis. Tum illi, Judæi ſumus, nec regem, nec principem ullum è Gentibus nobis præfectum habemus; ſed unum princi-

pem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 B 16

pem Judæum. Rogarunt itaq; quæ ad idololatras filios Guts (qui erant ex illis Turciæ paganis, ſive profanis Turcis) attinerent. quibus Judæi reſponderũt, Confœderati ſunt; ideo qui illorum malũ quærit, quærit & noſtrum. Poſtea viri illi duo reverſi hæc Perſidis regi narrãt: qui magno pavore perculſus fuit. Cum poſtridie ad eum mitterẽt qui prælium conſererent, reſpondit, Vos oppugnatũ non veni; ſed cũ Turciæ paganis, inquit, inimicis meis pugnatum acceſſi. Quod ſi mecum manus conſeratis, ita ulciſcar ut omnes Judæos

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 B 16

æos qui in univerſo regno
neo ſunt interficiam: vos
nim in hac regione me
otentiores novi. Potius
(addebat) vos benignitatẽ
erga me exercete, ne præ-
lio me laceſſatis; ſed cum
hoſtibus meis Copher-Al-
turc agere ſinatis: vendite
mihi cibos, qui mihi ac co-
piis meis ſufficiant. Quare
Iudæis conſultantibus ami-
citiam cum illo colere pla-
cuit, propter Judæos quos
ſuo imperio ſubditos ha-
bebat. unde ipſe cum co-
piis ſuis omnibus illorum
regionem ingreſſus, ibidẽ
quindecim dies ſubſtitit,
magnoq; honore affectus
fuit.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 B 16

fuit. Interea miſſis literis ad Copher-Alturc confœderatos ſuos, totum hoc negotium ſignificarunt. Qui univerſi montium tranſitus occuparunt magno exercitu, ſcilicet quotquot deſertum illud incolebant. Itaq; quum Perſidis rex eos oppugnatum veniret, in ipſa via cum illo manus conſeruerunt: atq; progreſſi viri Copher-Alturc in exercitu Perſico plurimos interfecerunt, ut Perſarum rex cũ paucis ad regionem ſuam refugeret. Et equitum nonnemo ex ipſius miniſtris Judæum aliquem illius regionis, Moſen nomine, pel-

lexit:

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 B 16

exit: quem ex illa regione
abductum poſtea in Perſi-
de mancipium fecit. Die
quodam cum ſagittarii co-
ram rege ludicrum exer-
cerent, ſagittariorum ne-
mo huic Doctori Moſi par
reperiebatur. Unde rex per
interpretem quiſnam eſſet
rogavit: eumque, ubi quid-
nam ſibi contigiſſet, & quî
ab equite illo fuiſſet ſedu-
ctus, enarraſſet, libertate
donavit; & byſſinis ac ſeri-
ceis veſtibus induto dona,
multa largitus eſt. quum
ſubjeciſſet, ſi religionem
noſtram amplecti volueris,
benignitatem erga te ex-
ercebo, ut admodum dita-
tus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 B 16

tus aulæ meæ præficiaris; inhæc verba reſpondit ille, Sereniſſime rex, id facere nequeo. Eum itaque tum aſſumtũ collocavit in ædibus magiſtri Sar-Schalom in cœtu Aſphahaan: eique magiſter iſte filiam ſuam in uxorem dedit. Qui idem D. Moſes hæc omnia mihi narravit. Inde ad Chozaſtan iter deflexi, regionem quam Tigris alluit: unde defluens flumẽ in mare Indicum delabitur, ad inſulam quandam, cui nomen Nikrokis. Hæc inſula ſex dierum iter patet: ubi ſementem non faciunt, & unum tantum fontem haben-

bentes, nullo in tota inſula
reperto fluvio, imbrium a-
quas bibunt. Huc mercato-
res ex India inſuliſq; com-
meant, atque ob mercatu-
ram diverſantur. huc enim
Meſopotamiæ incolæ, Eli-
maniæ & Perſidis quævis
ſericearum ac purpurea-
rum veſtium genera deve-
hunt; linum etiam fluviati-
cum, cannabum, ſtragula,
triticum, hordeum, mi-
lium, avenam, & quævis
eduliorum & leguminum
genera. Ita mercaturam
inter ſe exercent: nam In-
diarum etiam incolæ huc
plurima aromata devehũt;
inſulares verò ipſi inter il-
los

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 B 16

los proxenetæ ſunt: atque hinc tantum victum queritant. ibidem Judæi fermè quingenti degunt. Hinc maritimo itinere in Katipham veni diebus decem: ubi quinque erant Iſraëlitarũ millia. Hic bdellium invenitur. die menſis Niſan ſive Martii vigeſimoquarto delapſam in ſuperficiem aquarũ pluviam excipiunt; quæ concluſa in maris fundũ demittitur: deinde circa Tiſri, id eſt, Sept. medium eò ad maris fundum homines duo funibus deſcendentes, reptilia illa collecta educunt; poſteaq; diſſecantes, has inde gem-

mas

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 B 16

nas depromunt. Inde ſeptem dierum itinere in Haoulam veni, initium regni ubi ſolem colunt, è poſteris Chuſch, qui aſtrologię incumbunt. omnes atri, fidi in negotiatione. Quum ad eos mercatores è longinquis regionibus commeāt, & in portū recipiuntur, accedentes tres regis ſcribæ nomina annotant; eoſque in ipſius conſpectum adducunt. Rex autē quam in agro ſine cuſtode reliquerūt pecuniam in ſe recipit: & præfectum conſtituit in publico hoſpitio commorantē, ad quem quamcunq; ullibi rem amiſſam quis inve-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 B 16

invenit, apportet: qui re-
ipſius domino ſigna oſten-
denti eandem reddit. Hic
ei mos eſt in toto ſuo re-
gno, regi inquam illi. Cæ-
terum à Paſchate ad anni
uſque initium, omnibus æ-
ſtatis diebus æſtus ingens
eſt. adeo ut à tertia (ſive
nona noſtra) diei hora ac
deinceps omnes homines
in ædibus ſuis lateant uſque
ad veſperam: ubi egreſſi
luminaria per omnia fora
& vicos accendunt; opuſq;
ſuum noctu faciunt per no-
ctem totam, quia interdiu
præ nimio & ſummo æſtu
nequeunt. In hac regione
piper creſcit: nam arbores
ſuas

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 B 16

as in agro plantant, &
uidem totius civitatis; ubi
nuſquiſque novit hortum
uum. arbores depreſſæ
unt, ipſum verò piper al-
bum: ſed quum iſtud de-
erpunt, in crateribus col-
ocant, ſuperfuſa aqua ca-
ida; & ad ſolem exiccant,
quò indureſcat & ſolidetur,
itaque nigrorem contra-
hat. Hic ſimiliter calamus
odoratus & zinziber, aliaq;
multa aromatum genera
reperiuntur. Incolæ mor-
tuos ſuos non ſepeliunt;ſed
variis aromatibus cōdiunt,
ac in ſcamnis ſecundum di-
ſtinctas familias ſepoſitos
ſindonibus obtegunt. Sic
exic-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 B 16

exiccata caıne & oſſibus hominibus vivētibus ſimiles vıdentur: adeo ut hîc illorum ſinguli ſuos parentes totamque familiam ab hoc tempore multis retro annis dignoſcant. Solem venerantur: habentq; aras ſive excelſa magna, ubique extra civitatem ad dimidiatum milliare diſpoſita. Mane itaque ſoli obviam occurrunt: nam in ſingulis aris ſive excelſis veluti ſolaris orbis eſt magicis artibus cōfectus, qui exoriente ſole maximo ſtrepitu vertitur. Tum ſinguli cum viri, tum fœminæ, manu thuribulum ſuum tenētes,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 B 16

li adolent. Hac ſua via ſuã ultitiam produnt. Inter ſos paſſim centum ferme udæi degunt, in omnium ivitatũ complexu: & ſicuti mnes indigenæ atri ſunt, ariter & Judæi. Jud. viri oni, præceptorum obſer- antes: ut qui legem Moſis c Prophetas habeant, & auca è Talmude ac Con- ſtitutionibus. Hinc viginti duobus diebus ad inſulas Chenerag appuli: ubi ſunt incolæ qui colunt ignem, vocanturq; Dugbijim. In- ter quos viginti tria Judæo- rum millia. Illi vero Dug- bijim ubiq; in templo ſuo idololatrico ſacerdotes ha- bent:

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 B 16

bent: qui ſacerdotes eximii præſtigiatores ſunt; adeo ut in toto orbe pares non habeant in ullo præſtigiarum genere. Porrò ante excelſum ſive altare oratorii ſui vallē magnam habent, ubi ſingulis mundis diebus magnum ignem accendunt, quem vocant divinitatem; per quem filios ſuos tranſmittunt: mortuoſque ſuos etiam in medium ignem projiciunt. Quin & iſtic inter eos reperiuntur regionis iſtius magnates, qui ſe vivos igni comburendos devovent. Quum verò is qui votum concipit filiis ſuis domeſti-
cis

cis & cognatis indicat, ecce de meipſo votum concepi, ut me vivum in ignem proiiciam; reſpondent omnes ac dicunt, ô te beatum, bene ſit tibi. Qui ipſo voti exolvendi die convivium ei magnum parant: ac ipſe deinde equo ſuo vectus, ſi dives ſit; aut ſi fuerit pauper, pedibus ſuis ad vallis uſque marginem procedit, ſeque in medium ignem projicit, tota ſua familia cum tympanis & tibiis jubilante, donec totus combuſtus fuerit. Elapſo triduo, è primariis ſacerdotibus duo ædes ejus filioſque adeunt, atque ita

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 B 16

præcipiunt, Domũ præparate, quia pater veſter hodie ad vos veniet, ut vobis facienda injungat: poſtea ipſi aſſumunt è civitate teſtes. Ecce autem ſatanæ illius formâ accedenti obviam procedunt uxor ac liberi; eumque, quî in illo mundo ſeſe habeat, percunctantur. ille reſpondet, ſe ad ſocios ſuos acceſſiſſe quidem, ſed ab ipſis non recipi, priuſquam filiis domeſticis & vicinis debita exolverit. Poſtea edicta proponit & facultates ſuas liberis diſtribuit, præcipiens ut quicquid ulli debet, perſolvant; & quicquid

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 B 16

quid homines alii debent, ab iis exigatur: teſtibus mandata ejus excipientibus, quò in viam ſuam diſcedat. illi deinde eum nullo modo vident. Hoc mendacio ac dolo, & hiſce præſtigiis, quas ipſis ſtruunt iſti ſacerdotes, obfirmantur: atque ſibi nullos eſſe in toto orbe pares, prædicant. Inde in Sinam Orientis terminum tendentibus, quadraginta dierum iter eſt: & maris, quo iter faciunt, nomen eſſe ferunt, mare concretũ; ubi ſydus Orion dominatur procelloſum ibi ventum ſubinde excitans. itaq; tum nullus nauta navi

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 B 16

ob venti vehemētiam vehi poteſt, adeoq; etiam ventus navem in iſtud mare concretum protrudit, ut è loco iſto extricari nequeat. quo fit ut homines illic donec commeatus abſumatur hærentes, poſtea moriantur. quapropter multæ naves hac ratione pereunt. Verumenimverò homines artem quandam excogitarunt, qua ex hujuſmodi funeſto loco evadere poſſent: nam ſumptas ſecum juvencorum pelles, ſi ventus ille irruat, eoſque in mare Concretum protrudat, arripiunt; ac ſe iis inſerunt gladium ſinguli manu tenen-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 B 16

tenentes, pelleſque intus conſuentes, ut eò aqua penetrare nequeat:poſteaque ſeſe in mediam aquam projiciunt. Quos proſpicientes magnæ aquilæ gryphes dictæ, jumenta eſſe putant:& deſcendentes arripiunt eos atque in aridam exportant, iiſque in monte aut valle ad devorandum inſident. Sed homines incluſi feſtinant & illas gladiis cædentes occidunt:& è pellibus egreſſi incedunt, donec ad terram habitatã perveniant. Mortalium multi hoc modo evadunt. Inde poſt triduum quindecim dierum navi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 B 16

gatio per mare in Gingalam inſtituta fuit: ubi mille ferme Iſraëlitæ. Unde in Cholan ſeptem diebus per mare vectus fui: ubi nullus Iſraëlita. Hinc duodecim diebus Zebid uſque perveni: ubi pauci Judæi. Hinc diebus octo in Indiam continentem: quæ Baadan vocatur, eſtque eadem cum Adan in Telaſſar ſita. Hic magni montes plurimique Iſraëlitæ, nulli gentium jugo ſubditi; ſed urbes atque turres in montium jugis incolentes, in regionem Hammaatom deſcendunt, quæ Lybia dicitur, & Edomæorum ditio eſt, ipſique

ſunt

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 B 16

ſunt Lybies Lybiam inhabitantes:atque Judæi bella cum iis gerunt, ſpolia ac prædam reportantes; poſteaq; in montes aſcendunt. nec quiſquam eos bello aggredi poteſt. Iſtinc ex illis Judæis, qui in regione Adan degunt, multi in Perſidem & Ægyptum venire ſolent. Inde in regionem Aſvvaan per deſertum Schebæ viginti dierum iter eſt ſecundum Piſchon flumen, quod ex Æthiopia deſcendit. Habet illa regem, quem Sultan El-Habaſch vocant. ex incolis quidam beſtias in omnibus referunt, herbis ad flumen

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 B 16

Piſchon creſcentibus veſcentes; nudi per agros vagantes;nec aliorum hominum inſtar ratione utentes, utpote qui cum ſororibus rem habeant, promiſcuo ac obvio concubitu ardentes. Regio ipſa calidiſſima eſt. Cum alii Aſvvanæi horum regionem ad prædandum invadunt, unà ſecum panẽ, triticum, uvas paſſas & ficus afferunt & coram iis projiciunt: quos ad cibum accurrentes captivos abducunt,& in Ægypto, omnibuſque regnis vicinis divẽdunt. Hi ſunt nigri iſti ſervi ex Hamo prognati. Ab Aſvvaan ad Hala-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 B 16

van duodecim dierum iter
eſt: ubi trecenti ferme Judæi. Hinc mercatorum catervæ diebus quinquaginta per deſertum Altſahra dictum ad provinciam Zevilam nomine (quæ eadem eſt cum illa Havila Gineæ) proficiſcuntur. Porrò in illo deſerto arenoſi montes ſunt: ideoque exortus ventus catervas illas arenâ obruit, omnesq; in arena ſuffocantur. Qui verò evadunt, ferrum, æs, fructuum ac leguminum genera & ſal unà ſecũ portant: quinetiam inde aurum & pretioſas margaritas afferunt. Provincia eſt Æthiopiæ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 B 16

quæ Alhabaſch cognominatur, verſus occidentem. Porro ex Halavã tredecim diebus in civitatem Kouts devenitur, quæ regni Æpyptiaci initium eſt: ubi triginta circiter Judæorum millia. Hinc Pium uſque quinque dierum iter eſt, quæ olim Pithom dicebatur: ubi viginti ferme Judæi. Et ad hæc uſque tempora ſtructuræ patrum noſtrorum conſpiciuntur rudera. Hinc ad Mitſraïm quatridui iter eſt: quæ urbs magna in Nili (ſive Al Nil) ripa, duo ferme Judæorum habet millia. Hic duæ ſynagogæ: una eorum qui in

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 B 16

iſraëlitica regione nati ſunt, quæ eſt Syrorum ſynagoga; altera Babyloniorum, ſive ſynagoga Irhakijim: quæ in ſectionibus & tractatibus legis eundem morem non ſervant. quia Babylonii ſingulis ſeptimanis ſingulas ſectiones legere conſueverũt, quemadmodum in totis Hiſpaniis fieri ſolet; adeoque legem ſingulis annis abſolvunt: at in Iſraëlitica nati hunc morem non ſervant; ſed ſingulas ſectiones in tres tractatus diſpeſcentes, legem triennio demũ abſolvunt. Inter eos receptũ & conſtitutum, ut in legalis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 B 16

lis feſtivitatis ſimiliterq; le-
giſlationis ſolennitate con-
gregentur omnes & ſimul
precentur. Utriſq; ut ſum-
mus princeps præeſt D. Na-
thanaël cõſeſſus caput, om-
niumq; Ægypti cœtuũ, ut
magiſtros & lectores creet,
antiſtes; idemque miniſter
coram magno rege, qui
in Tſoanis palatio ad urbẽ
Mitſraïm habitat. Hæc o-
mnium Arabum civitas re-
gia eſt: ubi fidelium Impe-
rator Ali filius Abitalebis.
Omnes regionis ipſius in-
colę dicuntur rebelles: quia
contra Imperatorem fide-
lium Abaſidam, qui Bagda-
di habitat, rebellarunt. Al-
ter

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 B 16

ter alteri perpetuo invidet. Hic ſolium ſuum Tſoane collocavit, quod hic eſſet locus qui ipſi arrideret: ſingulisque annis bis in publicum progreditur, ſemel in illorum feſto; præterea quum Nilus flumen exundat. Cæterum Tſoan muro cingitur; non item Mitſraïm, ſed eam ab una parte flumen alluit. Vrbs magna eſt, foris ac tabernis inſtructa, Judæis multis, iiſque divitibus eam inhabitantibus. Eò nec pluvia deſcendit, nec gelu aut nix unquam viſa fuere; ſed regio calidiſſima eſt. Porrò flumẽ ſemel in anno exundans

dans menſe Auguſto totam terram operit, eamq; ad quindecim dierum iter irrigat: aquis menſe Auguſto & Septembri terræ faciem ad eam irrigandam & humectandam occupantibus. Habent autem columnã marmoream, quam ibi prudenter ante inſulam quandam in media erexerunt aqua: quæ ex ipſa aqua duodecim cubitis exſtat. quocirca exundante aqua eamque operiente, jam intumuiſſe aquam & Ægypti regionem ad quindecim dierum iter obtexiſſe cognoſcunt; quod ſi columnæ medium operiat, nõ-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 B 16

niſi dimidiam regionẽ obtexiſſe. Singulis verò diebus quidam ea omnia dimenſus Tſoane & in urbe Mitſraim proclamat dicẽs, Tribuite Deo gloriam, quia hac vel illa quantitate excrevit flumen: ſic quotidie dimetitur & proclamat. Si flumen totam columnam obtegat, ſaturitas magna toti terræ Ægypti ſupervenit. flumenq; paulatim creſcit, donec terram ad itineris quindecim dierum extremitatẽ operiat. Tum quicunq; agrum habet, conducit operarios, qui in agro alveum magnum effodiant: quò dein-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 B 16

de piſces creſcente aqua ingreſſi, deficiente paulatim aquâ in iſtis alveis relinquuntur. Hos captos agrorum poſſeſſores comedunt, mercatoribuſque divendunt, qui eos ſalitos ad quævis loca devehunt. Hi piſces pinguiſſimi ſunt: adeoque regionis proceres ſumto eorum adipe, lucernas in iſta regione accendunt. Quod ſi quis, quum ex iſtis piſcibus plus ſatis edit, aquam ex illo biberit flumine, hoc nullum damnum inferet: quia iſta aqua medicamẽti loco erit. Cæterum hominibus aliis de fluminis inundatione

quæ-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 B 16

quærentibus reſpondēt Ægyptii: in regionem quandam ſupra Æthiopiam (quæ eſt Havila) largos demitti imbres, quum flumē exundat, & hanc utplurimum incrementi eſſe cauſam, quod regio inundatur. Quo tempore flumen non intumeſcit, nec etiam ſeritur: ideoque gravis regionem invadit fames. Agros ſub finem Octobris conſerunt, flumine jam in locum ſuum recepto: menſe Februario metunt hordeum; Martio triticum. Quo menſe Ægyptiis matura ſunt ceraſa, nuces, cucumeres, cucurbitæ, ſili-

quæ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 B 16

quæ Græcæ, fabæ, frutex galbani, ciceres: item olerum genera, portulacæ & aſparagi, balſamum, lactuca, coriandrũ, cichorium, braſſicæ & uvæ. Regio omnibus bonis affluit: hortoſque ac pomaria cum è lacubus, tum è flumine irrigant. Nam flumen Mitſraim influens, inde in quatuor fertur capita: uno alveo Damiatam tendit (quæ & Caphtor) ubi in mare illabitur; alio alveo ad urbem Raſid Alexandriæ proximam defluit, ibique in mare deſcendit; tertio alveo delabitur viâ Aſmonis urbis in Ægypti confinio maxi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 B 16

maximæ, &c. Secundum quatuor iſtos alveos ab utroq; latere civitates ſunt, caſtella & pagi: quò omnes cum navibus, tum continenti pervenire poſſunt. Nec ulla in orbe regio, quemadmodum iſta habitatur: eſtq; ampliſſima regio, omnibus bonis inſtructa. Cæterum ab antiqua Mitſraim ad novam duæ ſunt paraſangæ. illa antiqua devaſtata eſt: veſtigia tamen antiquorum murorum & domorum in hodiernum uſque diem conſpicua ſunt. quinetiam Joſephi horrea ibidem plurima. Eodem loco pyra-

mis

mis quædã eſt, magica arte ſtructa; cui nulla in toto orbe ſive ullibi terrarum par reperitur. Illa vero (ſcilicet horrea) è calce & lateribus firmiſſima ſtructura fuere ædificata. Ibi extra urbẽ Doctoris noſtri beati ſynagoga antiquiſſima cõſpicitur: ibidemque ſenex quidam eam regit, ſynagogæ miniſter: quem ſapientum diſcipulum Alſcheſch Albounatſer nuncupant. Iter autẽ per Mitſraim devaſtatam eſt trium milliarium. Inde ad regionem Goſchenis octo ſunt paraſangæ: eaque eſt Bolzir Salbis: ubi tria ferme

Judæo-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 B 16

Judæorũ millia. Urbs magna eſt. Hinc dimidio die perveni Iskaal LeïnAlſchemes: quæ & Rameſes, jam devaſtata: ubi ſtructuræ, quam ſtruxerunt beati patres noſtri, exſtant reliquiæ; & veluti turres ex lateribus ſtructæ. HincAlbubiigh diei unius iter eſt: ubi ducenti circiter Judæi. inde dimidio die Manziphtam veni: ubi etiam ducenti ferme Judæi. Ulterius Remiram uſque quatuor ſunt paraſangæ: ubi ſeptingenti circiter Judæi. Unde Lamhala quinq; diebus diſtat: ubi Iſraëlitæ ferme quingenti. Hinc ad Alexan-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 B 16

xandriam bidui iter eſt: eam Alexander Macedo de ſuo vocavit nomine, firmiſſimâq; ac pulcherrimâ ſtructurâ condidit; domos, inquam, palatia, & muros opere pulcherrimo. Extra urbem Ariſtotelis præceptoris Alexandri ſchola eſt: ubi pulchra & magna ſtructura, marmoreis columnis inter ſcholas collocatis. Nam viginti ferme ſcholæ viſuntur: quia eò ex toto mundo confluebant, quò Ariſtotelis Philoſophi ſapientiam addiſcerent. Urbs ipſa eſt ſuperiori loco condita; ab inferiori parte convexa, innitens fornicibus.

Et

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 B 16

…t fora in ipſa frequentan-
…ur ex ejus plateis, quas ne-
…no videt: quarum una ad
milliare inde à porta Ra-
chid ad maritimã portam
extenditur. Ubi aggerẽ ad
portum Alexandriæ per in-
tegrũ milliare intra ipſum
mare, Alex. duxit. Ibi tur-
ris magna ab eo exſtructa
fuit, quæ dicitur Magraa,
Arabicè verò Megar Ale-
xandriæ. in cujus faſtigio
vitreum confecit ſpecu-
lum: ita ut naves omnes,
quæ illam è Grȩcia vel Oc-
cidente oppugnatum ac
læſum veniebant, ubi die-
bus quinquaginta hinc ab-
eſſent, ex hoc ſpeculo indi-

genæ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 B 16

genæ proſpicerent, & hoc pacto ſibi ab illis caverent. Donec tempore quodam, diu poſt Alexandri mortẽ, quædam è Græcia navis appulſa eſt, cujus navarchus dicebatur Theodorus, Gręcus natione, omnium rerum intelligens (eo autem tempore Græci Ægyptiorum jugo ſubjecti erant.) Qui Ægyptiorũ regi magnum argenti, auri & ſericearum veſtium munus afferens, ante ſpeculum ſubſtitit: quod mercatores omnes qui accedebant, ibi navalia habere ſoliti eſſent. Cum illo ſingulis diebus cibum capiebat præfe-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 B 16

ctus turris ſpeculatoriæ, cum ipſe, tum miniſtri: adeo ut ille hujus tenens gratiam, quotidie illuc iret, indeque rediret. Itaq; quodam die præfecto ſympoſium inſtituens, eum vino inebriavit: & tam largiter ipſi omnibuſq; ſervis infudit, ut omnes ſomno ſopirentur. Tum navarchus cum claſſiariis ubi ſurrexiſſent, ſpeculum fregerunt & iter ſuum eadem nocte repetierunt. Ab eo tempore ac deinceps Edomæi eò ſcaphis magniſq; navibus venire cœperunt, atq; illis inſulam magnam Cretam, & Cyprum tandem eripue-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 B 16

runt: quæ in hodiernum uſque diem Græcorum imperio parent. Nec Ægyptii ultra vires ſuas coram Græcis obtinere potuerunt. Et hactenus turris iſta ſpeculatoria, iis qui mare ſulcant, itineris index eſt: qui enim Alexandriam ex omnibus locis tendunt, eam eminus à centum uſq; milliaribus conſpiciunt; ut quę facis lumine interdiu ac noctu lucem præbeat. adeo ut nautæ ignem è longinquo videntes, in ejus conſpectu iter faciant. Regio hæc commerciis frequentata, omnium populorum eſt negotiatrix: & è

toto

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 B 16

toto Chriſtianorum impe-
rio Alexandriam veniunt,
è regionibus Valentiæ, To-
ſcanæ, Longobardiæ, Apu-
liæ, Malchi, Siciliæ, Craco-
viæ, Cordubæ, Hiſpaniæ,
Ruſſiæ, Germaniæ, Hel-
vetiæ, Daniæ, Gelats, Flan-
driæ, Hitar, Normandiæ,
Franciæ, Pictonum, Ande-
gavorum, Burgundiæ, Me-
diolani, Provinciæ, Genuæ,
Piſarum, Aquitaniæ, Ara-
goniæ & Navarræ. Simili-
ter è plaga occidentali Mu-
hammedanorum, Andalu-
zia & Algarbia, Aphrica &
Arabiæ regionibus: quin-
etiam ex Indicis locis, &
Havila, Æthiopia reliqua,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 B 16

Lybia, Aljerman, Meſo-potamia, Syria, & Javanenſibus qui dicuntur Græci, ac deniq; Turcia. Eò etiam multi merces ex India, id eſt, omnia aromatũ genera deferunt: quæ ab iſtis Chriſtiani mercatores coëmũt. Itaque civitas commerciis tumultuatur: in qua ſingulæ gentes diſtinctas tabernas habent. Ibi in maris littore marmoreum conſpicitur ſepulchrum, cui omnia avium aliorumque animalium genera inſculpta ſunt, omnia cum priſcorum inſcriptione, quam nemo legere poteſt. E conjectura ferunt, olim ibi regem

gem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 B 16

gem quendam ante diluvium fuiſſe ſepultum: cujus ſepulchri longitudo quindecim ſpithamarum erat; latitudo autem ſex. Cæterum Alexandriæ tria ferme Iſraëlitarum millia degebant. Inde biduo Damiatam veni: quæ olim Caphtor dicebatur; & jam ducentos Iſraëlitas habet. Unde dimidio die Sonbatum itur: cujus incolæ linum ſerunt & candidas telas texunt, quas in omnes mundi regiones deferunt. Hinc Elam uſq; (ea quondam Elim dicebatur) quatridui iter eſt: eamque Arabes, qui in deſerto habi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 B 16

tant, incolunt. Hinc Rephidim bidui itinere diſtat: ubi Arabes; nulli verò Iſraëlitæ degunt. Inde uno die in montem Sinai pervenitur: in cujus cacumine cœnobium quoddam monachorum qui Syriani dicuntur. ad radices verò ſita eſt arx magna quam montem Sinai vocant, cujus incolæ Chaldaicè loquuntur (mons iſte parvus eſt, quinque dierum itinere ab Ægypto diſtans) & Ægyptiis parent. Porrò mare Suph ſive rubrum à monte Sinai diei unius itinere abeſt: eſtque Indici maris ſinus, qui Damiatam verſus re-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 B 16

flectitur. unde maritimo itinere, uno die diſtat Tunes, cujus antiquum nomen Hanas: ubi quadraginta circiter Iſraëlitæ. inſula eſt in medio mari. Huc uſque Ægyptiorum regnum. Hinc itinere maritimo viginti diebus peninſulam Meſſanam appuli, initiũ inſulæ Siciliæ. ſinui, cui Siculum fretum nomẽ eſt, quique Calabriam à Sicilia ſeparat, imminet. Illic ducenti ferme Judæi: regio ipſa omnibus bonis, hortis & pomariis abundat; quò Chriſtianorũ plurimi congregantur, Hieroſolyma perrecturi: quod iſtinc

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 B 16

commodus detur tranſitus. Inde biduo in urbem veni, cui jam Palermo nomen: maxima eſt, cum in longitudinem, tum in latitudinem duo patens milliaria. in qua magnum VVilhelmi regis palatium : & ex Judæis mille ferme ac quingenti ; Chriſtianorum verò & Muhammedanorum quamplurimi. Regio fontibus, fluviis, tritico, hordeo, hortis & pomariis dives, ut in tota Sicilia ſimilis non reperiatur: urbs enim illa eſt vicarii regii, qui Munimentum nuncupatur. Ibi omnia fructiferarum arborum genera: in

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 B 16

medio autẽ fons magnus, quem muro cinxerunt, ibidem piſcinam concinnantes, quæ Albehira dicitur. ubi multa piſcium genera, & naves regiæ argento auroque obductæ, quibus rex cum uxoribus ſuis animi recreandi cauſa vehi ſolet. Viſitur etiam magnum in horto exſtructum palatium, cujus ſtructuræ parietes figuris diſtincti, auro & argento obducti ſunt; pavimentum verò lapidibus marmoreis eſt conſtratum, cui omnium imaginum quæ toto orbe reperiuntur, genera ſunt inſculpta. Itaque iſtius regionis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 B 16

ſtructura talis eſt, ut ei ſimilis alibi non conſpiciatur. Inſulæ initium à Meſſana ſumitur: quà omnes qui mundum peragrant, ſuos habent tranſitus, qui producti perCataniam, Syracuſas, Mazaram, Petaleriam, Trapanam uſque, ſex dierum itinere in iſta inſula terminantur. Circa Trapanam autem corallium reperitur, quod Almurgan nuncupatur. Inde Romam triduo perveniri poteſt; & Româ itinere terreſtri diebus quinque Lucam: unde duodecim dierum itinere pervadunt montem Apenninum, urbem Mori-

gnano,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 B 16

gnano, & Italiæ Alpes, uſ-
que ad civitatem quæ vul-
go S. Bernardin, Germa-
niæ initium. Hæc regio
montibus ac collibus ſca-
tet: in qua Iſraëlitarum
cœtus omnes ad magnum
Rheni flumen habitant, in-
de à Colonia, quæ imperii
initium eſt, Suſenburk uſ-
que, Germaniȩ terminum;
idque per quindecim die-
rum itinera. quondam ter-
ra Aſchcenaz dicebatur.
Hæ ſunt Germaniæ civita-
tes, ubi cœtus Iſraëlitarum
(qui omnes ad officium
prompti) reperiuntur, non
procul à Moſella: Coblētz,
Andernach, Cub, Creutz-
nach,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 B 16

nach, Bing, Germesheim, & Munſter ſuperior. Iſraëlitæ etiam per omnes regiones diſperſi ſunt: ſed cui curæ fuerit ne Iſraël congregetur, non aſpiciet felicitatis ſigna, nec cum Iſraële reviviſcet. at quum Deus captivitatẽ noſtram viſitans, Meſſiæ ſui cornu evehet, tunc unuſquiſque dicet, ego Judæos ducam, eoſque congregabo. Cæterum in illis civitatibus ſunt ſapientiæ ſtudioſi eorumque cœtus qui fratres ſuos diligunt; & cum propinquis, tum iis qui è remotis locis veniunt, comes ſe præbent. Quod ſi

hoſpes

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 B 16

hoſpes accedat, eo delectã-
tur, eique convivium dant
dicentes, Lætamini fratres
noſtri: nam Dei ſalus ictum
oculi celeritate æquabit.
porrò ſi non vereremur ne
tempus nondum advenerit
& appropinquaverit, jam
congregati eſſemus: ve-
rũ congregari nequimus,
antequam tempus (Cant.
2. verſ. 12.) minuritionis
& vox turturis adveniat,
veniant denique euangeli-
zantes qui dicant jugiter,
Magnificetur Deus. Illi
mutuas inter ſe permutant
litteras, quibus ſe invicem
alloquuntur, Confirmami-
ni in lege Moſis; & qui
Tſio-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 B 16

Tſionem & Hieroſolyma lugent, à Deo miſericordiam implorent, deprecantes pullis veſtibus cum ſanctitate ſua induti. Præter omnes illas Germaniæ civitates, quarum mentionem fecimus, ſunt Argentoratum ſive Straesburg, Duisburg, vel potius Ausburch, Mantern, Peſinges vel potius Freiſing, Bamberg, Tſor, & Regenſpurch in imperii confinio: in quibus etiam civitatibus Iſraëlitarum multi habitant, ſapientiæ ſtudioſi ac divites. Hinc ulterius in Bohemiæ regionem devenitur. quæque ibi vocatur Praga, Schla-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 B 16

Schlavoniæ initium eſt: quam Judæi ibi habitantes Terram Canaan nuncupant, quia iſtius regionis homines filios filiaſq; ſuas omnibus nationibus promiſcue divendunt, quemadmodum & Ruſſi. Regnum illud late patet, inde à porta Pragæ ad portam uſque S. Nicolai vel potius Pinego, urbis in regni termino magnæ. Regio montoſa & ſylvoſa eſt: ubi iſta animalia reperiuntur, quæ *Veergæres* dicuntur; aliàs martes Scythicæ. Hieme præ ingenti frigore nemo foras egreditur. Hactenus de Ruſſiæ regno. Quod
ad

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 B 16

ad Franciæ regnum attinet, quam terrã Tſarphath dicimus, inde ab urbe Alſodo (forte regione Elſas) ſex dierum iter eſt Pariſios uſque, urbẽ maximam, Ludovici regis regiam: quę ad Sequanam ſita eos ſapientiæ ſtudioſos habet, quales in toto orbe hodie invenire non eſt; ut qui dies noƈteſq; legi incumbant. hoſpitales in omnes peregrinantes: qui fratres & ſocios ſe præbent quibuſvis conſanguineis Judæis. Deus miſericordia ſua maxima noſtri & illorum miſereatur; atque cum in nobis, tum in illis iſtam

im-

impleat Scripturam Deut. 30. Si convertaris, iterum colliget te ex omnibus populis quò diſperſerat te Deus Dominus tuus. Amen, Amen, Amen.

Abſolutum & perfectum eſt.

Sphalmata typograph.

Pag. 13. *l.* 14. Salomon.
Pag. 94. *l.* 15. Naphtali.
Pag. 106. *l.* 6. Haranem.
Pag. 186. *l.* 13. *poſt* excipiunt *lege* oſtrea.
Pag. ead. *l.* 17. *pro* demittitur *lege* ſubſidunt.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 B 16

INDEX.

A.

ÆGriphon. 34
Alexandria. 214. & ſeq.
Antiochia. 53. 54
Ararat montes. 107
Arelatum. 13
Aſchkalon. 90
Aſſchur. 108. 109
Aſvvan regio. 199. & ſeq.

B.

BAadan regio. 198
Baalath ſive Baal-bec. 100
Babel. 134
Bagdad. 24. 112. & ſeq.
Barcelona. 5
Beaucaire. 11
Beneventum. 28
Bethlehem Iuda. 83

C.

CAlipha rex. 112. &c. ad 132 uſque & 165

Caper-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 B 16

Capernahum. 64
Capua. 23
Carmel mons. 63.64
Cebar. 150
Chius. 51
Conſtantinopolis. 39. & ſeq.
Corinthus. 33
Corucus. 52
Criſſa. 33
Cuzeſtaan. 152
Cyprus. 52

D.

DAmaſcum. 96
Damiata. 210.221
Danielis prophetæ ſepulchrum. 152 &c.
David Alroi incantator ſe Meſſiam aſſerit. 160 &c. *ejus mors.* 168

E.

ELam provincia. 152.221
Elyman regio. 144.150
Ezræ ſcribæ Synagoga. 106.107
ejus ſepulchrum. 151
Eſtheræ ſepulchrum. 170

Eze-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 B 16

Ezechielis propheta Synagoga. 137. 139

G.

GAd Palæſtinorum. 65
Gallipolis. 50
Gebal. 57. 58
Genezareth mare. 92. 95
Genua. 15. 16
Gerizzim mons. 66 & ſeq. 70
Gibeon. 70
Gilboa. ibid.
Gilead. 100
Gina. 171
Goſchen regio. 213

H.

HAbeb ſive Aram Tſcbæ. 103
Hamath. ibid.
Haoulam regni deſcriptio. 187. 188 &c.
Haphton montis incolæ. 159 & ſe.
Hebron. 83
Hemdan. 169
Hermon mons. 59. 96
Hieroſolyma. 71 & ſeqo

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 B 16

I.

Iarden, 92.95
Iechonias rex Iudæ. 137.138
ejus ſepulchrum. 142
Ionæ prophetæ ſepulchrum. 92
Ioppe. 89
Iſpahaan. 170

K.

Kegila. 65

L.

LAbta, ſive Larta. 31
Laodicea. 54
Lepantum. 33
Libanus mons. 55
Loti uxoris ſtatua. 76.77
Luca, 17
Lunel. 9
Luz. 65

M.

MArdochæi ſepulchrum. 170
Maſsilia. 13.14
Meſſana. 223
Mitſraim. 202. &c. 211
Mitylene. 51
Molhath regio & incolæ. 157.158

Mon.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 B 16

Monpeſtier ſive Mons-Peſſulanus. 7

Moria mons. 70

Muhammedanorum templum Damaſcenum. 97. & ſeq.

N.

Narbona. 6

Neapolis. 26

Nebucadnezaris palatium. 134. 135

Nilus flumen. 205. & ſeq.

Ninive. 109

Nisbor montes & eorum incolæ. 172. 177 &c.

Noachi arca. 107

Nogres. 12

O.

Olivarum mons. 76

Otranto. 31

P.

Palermo. 224

Pariſii. 232

Parnaſſus mons. 33

Patra. 32

Patriarcharum ſepulchra. 84. 85

Petho-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 B 16

Pethora. 104
Pithom. 202
Puteoli. 24

R.

RAmeſes. 213
Rhodus. 51
Rodoſton. 50
Rababa, antiquitus Rohoboth. 109
Roma. 17.18

S.

SAlernum. 26
Samarcant. 171
Samaria. 66
Samura. 151
Schilo. 87
Schuſan Aſſueri olim regia. 152
Seleucia urbs. 38
Senigar Saas M. Perſidis imperator. 154.155
Sichem. 66
Siculum fretum. 223
Sinai mons. 222
Suph mare ſive rubrum. ibid.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 B 16

T.

TArentum. 30
Tarracona. 4
Thanai. 148
Tharſis. 53
Thebæ. 34
Tiberias. 92.93
Tilimas. 148
Trane. 29
Tripolis. 56
Tſoan. 205
Turcarum regni initium. 96.105
Turris Babel. 135.136

V.

Valachi populi. 36

Z.

ZEdekiæ regis ſepulchrum. 142
Zevila. 201
Zion mons. 77.78
Zipori. 91

FINIS.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 B 16

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 B 16

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 B 16

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 B 16

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 B 16

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 B 16

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 B 16

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 B 16